ne cōcludere dubitabo: recte mihi videri sci
re sapientē qcq̄d in phia verū ē/ cū ego inde
B tā multa vera cognouerim? Sed metuit for
tasse ne sūmū bonū eligat dormiens. Nihil
periculi est: cum euigilabit/ repudiabit si
displicet: tenebit/ si placet. Quis eñi eū re/
cte vituperabit q̄ falsum vidit in somnis?
Aut fortasse illud formidabis ne dormiens
amittat sapiētiā/ si p̄ veris falsa p̄bauerit?
Hoc etiā ne dormiēs q̄dē audet somniare/ vt
sapientē vigilantē vocet: neget si dormiat.
Hec etiā de furore dici possunt. Sed in alia
festinat oratio. Hec tñ sine cōclusione secu/
rissima nō relinq̄. Aut eñi amittit furore sa/
pientia: ⁊ iā nō erit sapiens: quē verū igno/
rare clamatis: aut sciētia ei⁹ manet in intel/
lectu/ etiā si pars animi cetera id q̄ď accepit
a sensib⁹ velut in somnis imaginet.

Multa posse percipi dialectica docet: cuius regule varie ⁊ pregnantes enumerantur: Ca. XIII.

A Estat dialectica/ quam certe sapiēs
r bene nouit: nec falsū scire quisq̄ po
test. Si vero eā nescit: nō ptinet ad
sapientiā ei⁹ cognitio/ sine q̄ esse sapiens po
tuit: et supfluo vtrū vera sit/ possitve pcipi
Obiectio q̄rim⁹. Hic fortasse aliq̄s mihi dicat: Soles
p̄dere tu stulte q̄d noueris: An de dialectica
Responsio nihil scire potuisti? Ego vero plura q̄ de q̄/
uis pte phie. Nā primo oēs illas p̄positi/
ones/ q̄b⁹ supra vsus sum/ veras esse ista me
docuit. Deinde p istā noui alia multa vera.
Sed q̄ multa sint/ numerate si potestis. Si
q̄tuor in mūdo elemēta sūt: nō sunt q̄nq̄.
Si sol vn⁹ est: nō sunt duo. Nō pōt vna aīa
et mori ⁊ esse imortalis. Nō pōt hō simul et
btūs ⁊ miser esse. Nō hic ⁊ sol lucet/ ⁊ nox ē.
Aut vigilam⁹ nunc/ aut dormim⁹: aut corp⁹
est/ qď mihi videre videor: aut nō est corp⁹.
Hec ⁊ alia multa/ quę cōmemorare longissi
mū est/ p istā didici vera esse/ q̄q̄ modo sese
habeāt sensus nostri/ in seipa vera. Docuit
me: si cui⁹ coꝝ q̄ p cōnexionē modo p̄posui
ps antecedēs assūpta fuerit/ trahere necessa
rio id qď annexū est: Ea vero q̄ p repugnan
tiā/ vl̄ disiunctionē a me sunt enūciata/ hāc
habere naturam/ vt cū auferunt cetera/ siue
vnū/ siue plura sint/ restat aliq̄d qď coꝝ ab/
B latione firmet. Docuit etiā me/ cū de re con
stat p̄pter quā verba dicunt/ de verbis nō
debere cōtendi: Et q̄sq̄s id faciat: si imperi/
tia faciat/ docēdū esse: si malicia/ deserēdū.
Si doceri nō pōt: monendū vt aliq̄d aliud
poti⁹ agat/ q̄ tēpus in supfluis operāq̄ cō/
sumat: si nō obtemperat/ negligendum. De
captiosis autē atq̄ fallacib⁹ ratiunculis bre/
ue p̄ceptū est: si male concedendo inferunt/
ad ea q̄ cōcessa sunt esse redeundū. Si verū
falsūq̄ in vna cōclusione cōfligūt: accipien
dum inde qď intelligit: qď explicari nō pōt
relinquēdū. Si autē modus in aliq̄bus re/
bus latet/ penit⁹ hominē sciētiā eius nō esse
q̄rēdā. Hęc quidē habeo a dialectica/ ⁊ alia
multa q̄ cōmemorare non est necesse. Neq̄
eñi debeo ingrat⁹ existere. Verū ille sapiēs
aut hęc negligit: aut si profecto dialectica
ipsa sciētia veritatis ē: sic illā nouit/ vt istoꝝ
mendacissimā calūniā: si veꝝ est/ falsū est: si
falsū/ verū est: cōtemnendo/ et nō miseran/
do enecet. Hęc de pceptione satis esse pro/
pterea puto/ q: de assentiēdo cū dicere cępe
ro/ tota ibi rursum causa versabit.

Alicui rei/ scz sapientie a sapiente assentiendū esse/ contra academicos probatur: Ca. XIIII.

Am ergo ad eā partē veniam⁹ in q̄ A
i dubitare adhuc videtur alipius. Et
primo idipsū perspiciam⁹ q̄le sit/ qď
te acutissime atq̄ cautissime mouet. Nā si
tot tantisq̄ ratiōib⁹ roboratā (hoc eñi dixi/
sti) academicorū sententiā/ q̄ eis placuit: ni/
hil scire sapientē: hoc tuū labefactat inuen/
tum: quo cogimur cōfiteri multo esse p̄ba/
bilius sapientem scire sapientiā/ magis est
assensio cohibēda. Hoc eñi ipō ostendit/ ni/
hil quamlibet copiosissimis subtilissimisq̄
argumētis posse suaderi: cui nō ex pte con/
traria: si assit ingeniū/ nō min⁹ acriter/ vl̄ for
tasse acri⁹ resistat. Eo fit/ vt cū sit victus aca
demicus: vicerit. O vtinā vincat/ nūq̄ effi
ciet q̄uis arte pelasga/ vt simul a me victus Eneid. 2.
victorq̄ discedat. Certe nihil aliud inuenia
tur qď aduersū ista dici possit: ⁊ vltro me vi
ctum esse p̄fitear: Non eñi de gloria cōpa/
randa/ sed de inueniēda veritate tractam⁹.
Mihi satis est q̄q̄ mō molē istā trāscēdere:
q̄ intrantib⁹ ad philosophiā sese opponit. Et
nescio q̄bus receptaculis tenebras tegens
talē esse philosophiā totā minat: nihilq̄ in
ea lucis inuentuꝫ iri sperare pmittit. Quid
aūt ampli⁹ desiderē/ nihil habeo/ si iā p̄ba/
bile est: nō nihil scire sapientē. Non eñi alia
causa verisimile videbat eū assēsionē susti/
nere debere/ nisi q: erat verisimile nihil pos
se cōprehēdi: Quo sublato: pcipit eñi sapi/
ens/ vel ipsā/ vt iā concedit sapientiā: nul/
la iā causa remanebit cur nō assentiat sapi/
ens vel ipsi sapiētię. Est eñi sine dubitatio/
ne monstruosius sapientē nō approbare sa/
pientiā/ q̄ sapientē nescire sapientiā. Nam B

q̄so paululū / q̄si ante oculos tale spectacu/
lum cōstituam⁹ si possum⁹: rixā quandā sa/
piētis ꝛ sapiētie. Quid aliud dicit sapiētia /
q̄ se esse sapientiā? At ꝯtra iste: Non credo
inquit: Quis aūt sapiētie / nō credo te eē sa/
piētiā? Quis / nisi is cū q̄ illa loq̄ potuit / et
i q̄ habitare dignata ē / scʒ sapiēs iste? Nūc
ꝛ me q̄rite q̄ cū academicis pugnē: habetis
iā nouū certamē: sapiens ꝛ sapiētia secum
pugnāt. Sapiēs nō vult ꝯsentire sapiētie:
Al. ꝛ experto ego vobiscū securus † expecto. Quis eñ nō
credat inuictā esse sapiētiā? Tñ nos aliq̄ cō/
plexione muniam⁹. Aut eñ in hoc certamie
academicus vincet sapiētiā / ꝛ a me vincet:
q: nō erit sapiēs: aut ab ea superabit: et sa/
pientē sapientie ꝯsentire docebimus: Aut
igit sapiēs academicus nō est: aut nōnulli
rei sapiēs assentiet / nisi forte quē dicere pu/
duit sapientē nescire sapiētiā / sapientē non
ꝯsentire sapiētie dicere nō pudebit. At si iā
verisimile ē cadere in sapiētē / vel ipius sa/
piētie pceptionē: ꝛ nulla causa est / cur nō ei
qd̄ potest pcipi assentiat / video q̄ volebam
eē verisimile: sapiētē scʒ assensurū eē sapien
ti. Si q̄res vbi inueniat ipsā sapiētiā: rñdebo
in semetipso. Si dicis eū nescire q̄ habeat:
redis ad illō absurdū: sapientē nescire sapi/
entiā. Si sapiētē ipm negas posse inueniri:
nō iā cū academicis / sed tecū q̄sq̄s h̄ sentis
sermone alio disserem⁹. Illi eñ cū hec dis/
putāt / d̄ sapiēte pfecto disputāt. Clamat ci/
Cicero in hortensio. cero / seipsū magnū eē opinatorē: ꝫ de sapi/
ente se q̄rere. Qd̄ si adhuc vos adolescētes
ignotū habetis / certe in hortēsio legistis. Si
igit nec certi estis q̄cq̄ / nec opinari sapiētis
est / nihil vnq̄ sapiēs approbabit: vñ mani/
festū ē / eos de sapiēte illis suis disputatio/
nib⁹ ꝫ q̄s nitimur q̄rere. Ergo arbitror ego
sapiēti certā eē sapiētiā. i. sapiētē pcepisse sa/
piētiā. Et ob h̄ eū nō opinari cū assentit sa/
piētie. Assentit eñ ei rei / quā si nō pcepisset
sapiēs nō esset. Nec isti quēq̄ nō debere as/
sentiri / nisi reb⁹ q̄ nō possunt pcipi affirmāt:
Nō aūt sapia nihil ē. Cū igit ꝛ scit sapiētiā
et assentit sapiētie / neq̄ nihil scit neq̄ nulli
rei sapiēs assentit: q̄d ampli⁹ vultis? An de
illo errore aliq̄d q̄rim⁹: quē dicūt penit⁹ eui/
tari / si in nullā rē animū declinet assensio?
Errat eñ inquiūt q̄sq̄s nō solū rē falsā / sed
etiam dubiā / q̄uis vera sit / approbat. Nihil
aūt qd̄ dubiū nō sit inuenio. At inuenit sa/
piens vt dicebam⁹ ipsā sapientiā.

Minus errare assentientē q̄ as/sensum suspendentē et probabile sequentē / contra academicos exē/plo docetur: Ca. xv.

Sed hinc iā vultis fortasse me disce/ A
dere. Nō sūt facile securissima relin/
quenda: cū versutissimis hoīb⁹ agi/
mus: morē tñ vobis gerā. Sed q̄d hic dicā?
q̄cq̄d nā illud / nimirū vetus dicēdū est: vbi
ꝛ ipi habēt qd̄ dicāt. Quid eñ faciā quē de
castris meis foras truditis: nū implorabo
auxilia doctiorū: cū q̄b⁹ si superare nequeo:
min⁹ pudebit fortasse supari? Faciā igit q̄b⁹
virib⁹ possim fumosum q̄dē iā ꝛ scabrū / sed
nisi fallor / validissimū telū. Qui nihil appro
bat / nihil agit. O bolem rusticū. Et vbi est
pbabile? Vbi ē verisimile? Hoc volebatis.
Auditisne vt sonāt scuta grecanica? Exce/
ptū est eñ qd̄ robustissimū q̄dē. Sed q̄ ma/
nu iaculati sum⁹? Et nihil mihi potenti⁹ isti
mei suggerūt: nec aliq̄d / vt video / vulneris
fecim⁹. Cōuertā me ad ea q̄ villa ꝛ ager mi/
nistrat: onerāt me poti⁹ maiora q̄ pparant:
Nā cū ociosus diu cogitassem in isto rure q̄
nā modo possit istuc pbabile ac verisimile
actus nr̄os ab errore defendere: pmo visuʒ
est mihi / vt solet videri cū ista vēdebā / velle
tectum ꝛ munitū. Deinde vbi totū cautius
circūspexi / visus sū mihi vidisse vnū aditū
q̄ in securos error irrueret. Nō eñ solū puto B
eū errare / q̄ falsā viā sequit / ꝫ etiā eū q̄ verā
non sequit. Faciam⁹ eñ duos viatores ad
vnū locū tendētes: q̄rū alter istituerit nulli
credere / alter nimis credulus sit. Vētū ē ad
aliqd̄ biuiū: hic ille credulus pastori q̄ ade/
rat / vel cuipiam rusticano: Salue frugi hō:
Dic q̄so q̄ hāc i illū locū pergat? Rñdet: Si
hac ibis / nihil errabis. Et ille ad comitem:
Verū dicit: hac eam⁹. Ridet vir cautissim⁹:
et tā cito assensū facetissime illudit: atq̄ in/
terea illo discedēte in biuio figit: Et iā inci/
pit videri turpe cessare: cum ecce ex alio vie
cornu laut⁹ q̄dā ꝛ vrban⁹ eq̄ insidēs eminet /
ꝛ ppinq̄re occipit: Gratulat iste aduenienti:
ꝛ salutato indicat ppositū: q̄rit viā: dīc etiā
remansiōis sue causā / q̄ beniuolentiorē red
dat / pastori eū p̄ferēs. Ille autē casu plan⁹
erat de his q̄s samardocosiam vulgus vo/
cat. Tenuit suū morē hō pessimus etiā gra/
tis. Hac perge ait: nam ego inde venio. De/
cepit / atq̄ abijt. Sed qñ iste deciperet? Nō
eñ monstrationem istā tanq̄ veram inquit
approbo / ꝫ q: est verisimilis. Et hic ociosū
esse / nec honestū / nec vtile ē: hac eā. Interea
ille q̄ assentiendo errauit / tā cito existimans
vera esse v̄ba pastoris: in loco illo q̄ tende/
bat iam se reficiebat: iste autē nō errans: si/
q̄dē pbabile seq̄t: circumit siluas nescio q̄s:
nec iam cui loc⁹ ille not⁹ sit / ad quē venire p/
posuerat / inuenit. Vere vobis dicā / cū ista

cogitarẽ risũ tenere nõ potui / fieri ꝑ acade
micoꝝ ꝟba nescio quõ : vt erret ille q̃ verã
viã vł casu tenet:ille autẽ q̃ ꝑ auios mõtes
ꝓbabiliter duct⁹ ẽ/nec petitã regionẽ inue/
nit/nõ videať errare. Ut enĩ temerariã con/
sensionẽ iure cõdẽnẽ/facili⁹ ambo errant/q̃
iste nõ errat. Hinc iã aduersũ ista verba vi/
gilantioꝛ/ipsa facta hoim ꝛ mores ꝯsidera/
re cepi. Tũ ꝟo tã multa mihi ꝛ tã capitalia
in istos venerũt in mentẽ/vt iã nõ riderem/
sed partim stomacharer/ partim dolerẽ ho/
mines doctissimos ꝛ acutissimos in tãta sce
lera sententiarũ ꝛ flagitia deuolutos.

Si vt academici dicũt:quisquis nõ assentiẽdo qđ ꝓbabile visu fue rit agat ꝛ nõ erret nec peccet/adul teria/homicidia/parricidia/sacrile gia et maxima queq̃ flagitia iuste damnari aut puniri non possent:

A Certe enĩ nõ fortasse ois (Ca. XVI.
q̃ errat/peccat:ois tñ qui peccat/aut
errare cõcediť/aut aliqd peı⁹. Quid
si q̃ aliqs adolescẽtiũ cũ hos audierit dicẽ/
tes: Turpe est errare:ꝛ ido nulli rei ꝯsentire
debem⁹:Sed tñ cũ agit q̃sq̃ qđ ei videť ꝓ/
babile/nec peccat/nec errat: Illđ tñ memi/
nerit:q̃cq̃d occurrit vel animo vel sensibus
nõ ꝓ vero esse approbandũ. Id igiť audiẽs
adolescẽs/ insidiabiť pudicitię vxoris alie/
nę: Te te ꝯsulo marce tulli:de adolescentiũ
moꝛib⁹ vitaq̃ tractam⁹:cui educãdę atq̃ in
stituẽdę oẽs illę lrę tuę vigilauerũt. Quid
aliud dictur⁹ es / q̃ non tibi esse ꝓbabile vt
id faciat adolescẽs? At illi ꝓbabile est. Nã
si ex alieno ꝓbabili viuim⁹/nec tu debuisti
administrare rẽpublicã:qꝛ epicuro visũ est
nõ eẽ faciẽdũ. Adulterabit igiť ille iuuenis
cõiugẽ alienã. Qui deꝑhensus si fuerit:vbi
te inueniet a q̃ defẽdať:q̃q̃ etiã si inueniat
q̃d dictur⁹ es? Negabꝰ ꝑfecto. Quid si tã cla
rũ est/vt frustra inficiare? Persuadebis ni/
mix tãq̃ i cumano gymnasio atq̃ adeo ne/
apolitano: nihil eũ peccasse/ immo etiã nec
errasse q̃dẽ. Nõ enĩ faciẽdũ esse adulteriũ ꝑ
ꝟo sibi ꝑsuasit: ꝓbabile occurrit:secur⁹ est:
fecit/aut fortasse nõ fecit/sed fecisse sibi vi/
sus est. Iste autẽ marit⁹ hõ fatuus/ꝑturbat
oia litib⁹ ꝓ vxoris castitate ꝓclamans:cũ q̃
forte nunc dormit/ꝛ nescit. Hoc illi iudices
si intellexerint:aut negligent academicos:
et tanq̃ crimen verissimũ punient : aut eis/
dem obtemperantes/ verisimiliter hominẽ
ꝓbabiliterq̃ damnabũt: vt iã q̃d agat iste
patron⁹ ꝓrsus ignoret: Cui enĩ succenseat
nõ habebit /cũ oẽs se nihil errasse dicãt: qñ
nõ assentiẽtes id qđ visũ ẽ ꝓbabile fecerint.
Ponet igiť ꝑsonã patroni / ꝛ ꝑhi ꝯsolatoris
suscipiet:ita facile adolescenti/q̃ iã tantũ in
academia ꝓfecerit ꝑsuadebit/vt se tanq̃ in
somnis putet esse dãnatũ. Sed vos me io/
cari arbitramini†: Liquet deierare ꝑ omẽ di / Ar. † liber 1. Retract. ca. 1. k.
uinũ/nescire me prorsus quõ iste peccaue/
rit:si q̃sq̃s id egerit qđ ꝓbabile videtur/ nõ
peccat:nisi forte in totũ aliud esse dicũt er/
rare/aliud peccare:seq̃ illis ꝓceptꝭ egisse ne
errem⁹/ peccare aũt nihil magnũ eẽ dixisse.
Taceo de homicidijs / parricidijs / sacrile/
gijs/oibusq̃ oino q̃ fieri aut cogitari possũt
flagitijs/aut facinoꝛib⁹/q̃ paucis verbis:et
qđ est grauiꝰ apud sapiẽtissimos iudices de
fenduť: nihil ꝯsensi/ꝛ ideo nõ erraui. Quõ
aũt nõ facerẽ qđ ꝓbabile visũ est? Qui aũt
nõ putãt ista ꝓbabiliter posse ꝑsuaderi/le/
gãt orationẽ catilinę q̃ patrię parricidiũ:q̃ / Salusti⁹ in catilinario
vno cõtineť oia scelera/persuasit. Iã illud / B
q̃s nõ ridet? Ipsi dicũt nihil se i agẽdo seq̃
nisi ꝓbabile:ꝛ q̃runt magnoꝑe veritatẽ/cũ
eis sit ꝓbabile non posse inueniri. O mirũ
monstrũ. Sed hoc omittam⁹:min⁹ id ad nos/
min⁹ ad vitę nrę discrimẽ/min⁹ ad fortuna/
rum ꝑiculũ ꝑtinet. Illud est capitale/ illud
formidulosũ/ illđ optimo cuiq̃ metuendũ:
qđ nefas omẽ/si hęc rõ ꝓbabilis erit cũ ꝓ/
babile cuiq̃ visũ fuerit esse faciẽdũ:tñ nul/
li quasi vero assentiať / nõ solũ sine sceleris
sed etiã sine erroꝛis vituperatiõe cõmittat.
Quid ergo? Hoc illi nõ viderũt? Immo soller/
tissime prudẽtissimeq̃ videťt:nec mihi vllo
pacto tantũ arrogauerim vt marcũ tulliũ
aliq̃ ex ꝑte sequar industria/ vigilantia/ in/
genio/doctrina. Cui tñ asserenti : nihil scire
posse hoiem q̃ hoc solũ diceret : scio ita videri
mihi/ vnde id refelleret nõ haberet.

Que fuerit origo academicorũ: simul ꝛ cause occultãde sue sẽtẽtie:

Quid igiť placuit tãtis (Ca. XVII. / A
viris ꝑpetuis ꝛ ꝑtinacib⁹ cõtentio/
nibus agere:ne in quẽq̃ cadere veri
sciẽtia videreť? Audite iã paulo attẽti⁹: nõ
q̃d sciã/sed q̃d existimẽ: Hoc enĩ ad vltimũ
reseruabã / vt explicarẽ si possẽ q̃le mihi vi/
deať esse totũ academicoꝝ ꝯsiliũ. Plato vir / 1. Retract. ca. 1. m.
sapiẽtissim⁹/ꝛ eruditissim⁹ tẽpoꝝ suoꝝ:q̃ et
ita locut⁹ ẽ: vt q̃cũq̃ diceret/magna fierẽt:ꝛ
ea locut⁹ ẽ: vt quõcũq̃ diceret / parua nõ fi/
erẽt/ dr post mortẽ socratꝭ magistri sui /quẽ
singulariter dilexerat:a pythagoreis etiam
multa didicisse. Pythagoras aũt gręca phi
losophia nõ cõtentus: q̃ tũc aut pene nulla
erat/aut certe occultissima:postq̃ cõmotus
pherecydę cuiusdã syri disputatiõib⁹/imoꝛ
talem esse animũ credidit:multos sapiẽtes

etiā longe lateq̄ pegrinat⁹ audierat. Igitur
plato adijciēs lepori subtilitatiq̄ socratice
quā in moralib⁹ habuit / naturaliū diuina-
rūq̄ rerū peritiā: quā ab eis q̄s memoraui
diligēter accepat: subiūgēsq̄ q̄si formatricē
illarū partiū iudicēq̄ dialecticā: q̄ aut ipsa
esset / aut sine q̄ sapiētia oino esse nō posset:
pfectā dr cōposuisse phie disciplinā: de qua
Opinio platonis ponēt duos mūdos nūc differere tēpus nō ē. Sat ē em̄ ad id qd
volo / platonē sensisse duos eē mūdos: vnū
intelligibilē / in q̄ ipa veritas habitaret: istū
autē sensibilē: quē manifestū ē nos visu ta-
ctuq̄ sentire. Ita illū verū / hūc verisimilē: ⁊
ad illi⁹ imaginē factū. Et ideo de illo in ea q̄
se cognosceret aia velut expoliri / ⁊ q̄si serenari
veritatē: de h̄ autē in stultorū animis nō sci-
entiā s̄ opinionē posse generari. Quicquid
tn̄ agere in h̄ mūdo: p eas v̄tutes q̄s ciui-
1. Retract. ca. 1. les vocabat / aliarū verarū v̄tutū similes / q̄
nisi pauci sapientib⁹ ignote essent / nō posse
B nisi verisimile noiari. Hec ⁊ alia hmōi mihi
videnē inter successores ei⁹ q̄ntū poterāt esse
seruata: ⁊ p mysterijs custodita. Nō em̄ aut
facile ista pcipiunē / nisi ab eis q̄ se ab oīb⁹
vitijs mūdātes / in aliā q̄ndā plusq̄ huma-
nā cōsuetudinē vēdicauerint: aut nō grauit
peccat q̄sq̄s ea sciens q̄slibet hoies docere
voluerit. Itaq̄ zenonē principē stoicorū / cū
iā q̄busdā auditis ⁊ creditis / in scholā reli-
ctam a platone venisset: quā tūc polemo re
tinebat / suspectū habitū suspicor: nec talē
visū cui platonica illa velut sacrosctā decre
ta facile prodi cōmittiq̄ deberēt / priusq̄ di
dicisset ea q̄ in illam scholā ab alijs accepta
detulerat. Morit̄ polemo: succedit ei arche
silas zenonis q̄dē cōdiscipulus / s̄ sub pole-
Opinio zenonio stoici de deo / anima et mundo. monis magisterio. Quobrē cū zeno sua q̄dā
de mūdo / ⁊ maxime de aīa: pp̄ter quā vera
phia vigilat: sentētia delectaret / dicēs eā eē
mortalē: nec q̄cq̄ esse p̄ter hūc sensibilē mū-
dū: nihilq̄ in eo agi / nisi corpore: nā et deū
ip̄m ignē putabat: prudentissime atq̄ vti-
lissime mihi videt̄ archesilas: cum illud late
serperet malū / occultasse penitus academie
sentētiā: ⁊ q̄si aurū inueniēdū q̄nq̄ posterē
obruisse. Quare cū in falsas opiniones rue-
re turba sit pnior: ⁊ ꝯsuetudine corporū oīa
esse corporea facillime / sed noxie credat̄: in-
stituit vir acutissim⁹ atq̄ hūanissim⁹ / dedo
cere potius q̄s patiebat̄ male doctos / q̄ do
cere q̄s dociles nō arbitrabat̄. Inde illa oīa
nata sūt q̄ noue academie tribuunt̄: q̄ eorū
necessitatē veteres nō habebāt. Q̄ si zeno
expgefact⁹ eēt / aliq̄n et vidisset: neq̄ quicq̄
cōphēdi posse / nisi q̄le ipse definiebat: neq̄
tale aliq̄d in corporib⁹ posse inueniri: q̄bus

ille tribuebat oīa: olim prorsus h̄ gen⁹ dis-
putationū qd magna necessitate flagraue-
rat fuisset extinctū. Sed zeno imagine con-
stantie decept⁹ / vt ip̄is academicis videbat̄
nec mihi etiā nō videtur / ptinax fuit fidesq̄
illa corporū pniciosa q̄q̄ mō potuit puenit i
chrysippū q̄ ei q̄ maxime poterat / magnas
vires latī⁹ se diffūdēdi dabat: nisi ex illa pte
carneades acrior ⁊ vigilantior supiorib⁹ ce-
teris ita restitisset / vt mirer illā opinionē ali
q̄d etiā postea valuisse. Nāq̄ carneades pri
mo illā velut calūniādi impudētiā / q̄ vide-
bat archesilā nō mediocriter infamatū / de-
posuit: ne ꝯ oīa velle dicere q̄si ostentatio-
nis causa videret̄: Sed ip̄os pp̄rie sibi stoi-
cos / atq̄ chrysippū euellēdos euertendosq̄
proposuit.

Cur academici qd sequendū putabant / verisimile atq̄ pbabile nominabat: ⁊ quib⁹ auctoribus ⁊ ordine eorū sententia ad latinos deriuata fuerit. Ca. XVIII.

Deinde cū vndiq̄ p̄meret̄: si nulli rei A
esset assensus / nihil acturū esse sapi-
entē. O hominē mirū / atq̄ adeo nō
mirū: ab ip̄is em̄ platonis fōtib⁹ pfluebat.
Attēdit sapiēter q̄les illi actiones pbarēt:
easq̄ nescio q̄rū verarū siles videns / id qd
in h̄ mūdo ad agendū seq̄ret̄ / verisimile no- 1. Retract. ca. 1.
minauit. Cui em̄ esset simile / ⁊ pite norat / et
prudēter tegebat: idq̄ etiā pbabile appella-
bat. Probat em̄ bn̄ imaginē q̄sq̄s ei⁹ intue-
tur exemplū. Quō em̄ approbat sapiēs / aut
quō simile sequit̄ veri: cū ipsum verū qd sit
ignoret? Ergo illi norāt / ⁊ approbabāt falsa
i q̄b⁹ imitationē laudabilē rerū verarū aiad
uertebāt. Sz q̄ hoc tanq̄ pphanis nec fas
nec facile erat ostendere / reliq̄rūt posteris: ⁊
q̄b⁹ illo tpe potuerūt signū q̄ddā sententie
sue: Illos autē bn̄ dialecticos de v̄bis mo-
uere q̄stionē insultantes irridētesq̄ phibe-
bāt. Ob h̄ dicit̄ carneades etiā tertie acade
mie princeps atq̄ auctor fuisse. Deinde in B
nostrū tulliū cōflictio ista durauit: iā plane
saucia ⁊ vltimo spiritu latinas lrās inflatu-
ra. Nā nihil mihi videt̄ inflati⁹ / q̄ tā multa
copiosissime atq̄ ornatissime dicere non ita
sentiētē. Quib⁹ tn̄ vētis fene⁹ ille platonic⁹
antioch⁹ satis vt mihi videt̄ dissipat⁹ atq̄
dispsus ē. Nā epicureorū greges in animis
delitiosorū pplorū aprica stabula posuerūt.
Quippe ātioch⁹ philōis auditor / hois q̄ntū
arbitror circūspectissimi: q̄ iā veluti aperire
cedentib⁹ hostib⁹ portas ceperat: ⁊ ad plato
nis auctoritatē academiā legesq̄ reuocare:
q̄q̄ metrodorus id ātea facere tēptauerat:

q̄ p̄mus dicit̄ esse confessus: nō de recto pla
cuisse academicis nihil posse cōp̄rehēdi / sed
necessario ꝯ stoicos̄ hmōi eos̄ arma sūpsisse.
Igit̄ antiochus: vt instituerā dicere: audit̄
philone academico / et omnearco stoico: in
academiā veterē / q̄si vacuā defensoribus / ꝛ
q̄si nullo hoste securā / velut adiutor ꝛ ciuis
irrepserat: nescio q̄d inferēs mali de stoicoꝝ
cineribus / qᵭ platonis adita violaret. Sed
huic arrept̄ iterū ill̄ armis ꝛ philoni restitit
donec moreret̄. Et oēs eiꝰ reliq̄as tullius nr̄
oppressit: se viuo impatiēs labefactari vl̄ cō
taminari q̄cq̄d amauisset. Adeo post illa tē/
pora nō longo interuallo oī p̄tinacia p̄tina
ciaq̄ȝ demortua os̄ȝ illō platōis qᵭ in phi
losophia purgatissimū est ꝛ lucidissimū / di/
motis nubibꝰ error̄ emicuit / maxime i plo/
tino: q̄ platonicus phs ita eiꝰ similis iudicatꝰ
est / vt simul eos vixisse: tantū autē interesse
t̄pis / vt in hoc ille reuixisse putādus sit.

Inter tria philosophoꝝ genera q̄ nūc sunt / aristotelē ꝛ platonē ita cōcinere vt imperitis minusq̄ȝ attentis dissentire videant̄ / acutissimi ꝛ sollertissimi viri suis disputationibꝰ docuere: sed p̄ferenda his omnibus philosophia christiana: Ca. XIX.

I am nūc philosophos
nō fere videmꝰ: nisi aut cynicos / aut
peripateticos̄ / aut platonicos: Et cy
nicos quidē: q2 eos vitę q̄dā delectat liber/
tas / atq̄ȝ licētia. Qᵭ autē ad eruditionē / do
ctrinā q̄ȝ attinet: en mores q̄bus ꝯsulit̄ aię:
Quia nō defuerūt acutissimi ꝛ sollertissimi
viri / q̄ docerēt disputatiōibꝰ suis aristotelē
ac platonē ita sibi cōcinere / vt iperitis mi/
nusq̄ȝ attētis dissentire videant̄: m̄ltis q̄dē
s̄cculis multisq̄ȝ cōtentiōibꝰ. Sed tn̄ eliq̄ta
est / vt opinor / vna verissimę phię discipli/
na. Nō eīn ē ista huiꝰ mūdi phia / quā sacra
nr̄a meritissime detestant̄: sed alteriꝰ intelli
gibilis / cui aīas multiformibꝰ erroris tene/
bris cęcatas ꝛ altissimis a corp̄e sordibꝰ ob/
litas / nūq̄ȝ ista ratio subtilissima reuocaret /
nisi sūmꝰ deꝰ populari q̄dā clemētia diuini
intellectus auctoritatē vsq̄ȝ ad ipsū corpus
humanū declinaret / atq̄ȝ sūmitteret: cuiꝰ nō
1. Retract. ca. 1. b. solū p̄ceptis s̄ etiā factis excitatę aię redi/
re in semetip̄as / et resipiscere patriā etiā si/
ne disputationū cōcertatione potuissent.

Mos academicorū in occultanda sententia sua q̄ fuerit: tricesimū ꝛ tertiū annū etatis agēs augustinus / humanā sapientiā nōdū percepisse se / sed non desperare aliq̄n adepturum ait: nusq̄ȝ ab auctoritate christi que ceteris valentior est discedendo: Ca. XX.

Oc mihi de academicis interim pro A
b babiliter vt potui p̄suasi. Qᵭ si fal/
sum est: nihil ad me / cui satis ē iā nō
arbitrari non posse ab hoīe inueniri v̄itatē.
Quisquis autē putat hoc sensisse academi/
cos / ipsū ciceronē audiat: Ait eīn illis morē
fuisse occultādi sentētiā suā: nec eā cuiq̄ȝ ni/
si q̄ secū ad senectutē vsq̄ȝ vixissent / aperire
ꝯsueuisse. Que sit aūt ista / deꝰ viderit: eā tn̄
arbitror platonis fuisse. Sed vt breuit̄ acci
piatis omne p̄positū meū / q̄q̄ modo se ha/
bet humana sapiētia / eā me video nōdū p̄/
cepisse: Sȝ cū tricesimū et tertiū etat̄ annū
agā: nō me arbitror desperare debere eā me
q̄nq̄ȝ adeptuꝝ. Contēptis tn̄ cęteris oībus
q̄ bona mortales putant: huic inuestigāde
inseruire p̄posui. Et q̄ me negocio q̄m ratio
nes academicoꝝ nō leuiter deterrebāt: sat̄
vt arbitror ꝯ eas̄ ista disputatiōe muniti su
mꝰ. Nulli aūt dubiū ē gemino pōdere nos
impelli ad discēdū auctoritat̄ atq̄ȝ ratiōis. 
Mihi aūt certū ē nusq̄ȝ prorsus a christi au
ctoritate discedere: Nō eīn reperio valenti/
orē. Qᵭ autē subtilissima ratione p̄sequen/
dū est: ita eīn iā sū affectꝰ vt q̄d sit verū nō
credēdo solū / sed etiā intelligēdo app̄hēde/
re impatiēter desiderē: apᵭ platonicos me
interim qᵭ sacris nr̄is nō repugnet reptuꝝ
esse ꝯfido. Hic postq̄ȝ sermōis finē me fecisse B
aspexerūt: q̄q̄ȝ iā erat nox ꝛ aliquid etiā lu/
cernaꝛ illata scriptū erat: tamē illi adolescē Al. illuminata.
tes intentissime expectabant / vtrū alipius
vel alio die se responsurū esse promitteret.
Tum ille: Nihil mihi aliq̄n inquit tam ex Alipius
sntētia p̄uenisse affirmare paratus sum / q̄ȝ
qᵭ hodierna disputatiōe discedo sup̄atus:
nec istā meā tn̄ puto debere esse lętiā. Cō
municabo ergo eā vobiscū ꝯcertatores mei
vel iudices nr̄i: Q̄nq̄dē isto se pacto a suis
posteris vinci / ipsi etiam fortasse academici
optarūt. Quid eīn vobis hoc sermonis le/
pore iocūdius? q̄d sententiarū grauitate p̄/
pensius: q̄d beniuolētia promptius? q̄d do/
ctrina peritius videri aut exhiberi posset?
Prorsus nequaq̄ȝ digne admirari possū / q̄
tā facete aspera / tā fortit̄ desperata / tā mo/
derate conuicta / tā dilucide obscura tracta/
ta sunt. Quare iā socij mei expectationē ve
stram / q̄ me ad respondēdū p̄uocabatis cer
tiore spe mecū ad discēdū couertite: Habe/
mus ducē q̄ nos in ipsa veritat̄ arcana deo C
tā mōstrāte p̄ducat. Hic ego / cū illi puerili Augustinꝰ
quodā studio: q̄ alipius respōsurꝰ nō vide/

batur q̄ſi fraudatos vultu ſe oſtēderēt:inui
dētis(inq̄ arridēs)plauſib⁹ meis. Sed qm̄
de alipij ꝯſtantia iā ſecurus/ nihil eū timeo
vt vos q̄ mihi gratias agatis/inſtruo vos
aduerſus illū q̄ tantā intentionē veſtrę ex/
1.Retract. ca.1.B. pectatiōis offendit: Legite academicos/et
cū ibi victorē(q̄d eſt facili⁹) iſtarū nugarū
ciceronē inuenerit/ cogat iſte a vobis hūc
noſtrū ſmonē ꝯ illa inuicta defendere. Hāc
tibi alipi durā mercedē pro mea falſa laude
reſtituo. Hic cū arriſiſſent. Finē tante cōfli/
ctionis vtrū firmiſſimū neſcio/modeſtius
tamē ⁊ citius q̄ ſperauerā fecimus.

Sancti auguſtini hipponenſis epī/liber
tertius contra academicos/explicit.

Diui aurelij auguſtini hipponē ſis epī/in librū de beata vita/ex pri mo libro retractationū/argumētū.

A Ibrū de btā vita/ nō poſt libros de
1.Retract. ca.2. l academicis/ſ inter illos vt ſcriberē
ꝯtigit. Ex occaſiōe q̄ppe ortus ē dies
natalis mei:et tridui diſputatiōe cōplet⁹:ſi/
B cut ſatis ipſe indicat. In q̄ libro cōſtitit int
De beata vita in pręfatione. b.a.d.f. nos q̄ ſimul q̄rebam⁹ nō eſſe beatā vitā/niſi
perfectā cognitionē dei. Diſplicet tm̄ illic q̄
manlio theodoro:ad quē librū ip̄m ſcripſi:
C q̄uis docto ⁊ chriſtiano viro plus tribui q̄
De beata vita in p̄fatiōe.b. deberē. Et q̄ fortunā etiā illic ſepe noiaui.
D Et q̄ tpe vitę hui⁹ in ſolo aīo ſapiētis dixi
De beata vita diſputa.3.d. habitare vitam beatā/ quōlibet ſe habeat
corp⁹ ei⁹:cū p̄fectā cognitionē dei/h̄ eſt qua
hoī maior eē nō poſſit/in futura vita ſperet
1.Cor.13.d. ap̄ls:q̄ ſola beata vita dicēda ē:vbi ⁊ corp⁹
1.Cor.15.g. incorruptibile atq̄ imortale ſpiritui ſuo ſi/
ne vlla moleſtia vel reluctatione ſubdetur.
E Sane iſtum librū in nr̄o codice interruptū
repperi/⁊ nō parū min⁹ habere:⁊ ſic a fratri/
bus quibuſdā deſcript⁹ eſt:nec adhuc apud
aliquē integrū inuenerā/ex q̄ emendarē qn̄
hęc retractaui.

Eiuſdem diui aurelij auguſtini hipponēſis epiſcopi/de beata vi- ta//liber incipit.

Prefatio

A
Jad philoſo
l phię portū/de quo iā in bea
tę vitę regionē ſoluꝫ ꝓcedi/
1.Retract. ca.2.b. tur/vir hūaniſſime atq̄ ma/
gne theodore/ratione inſti/
tutus curſus ⁊ voluntas ipſa perduceret:
neſcio vtrum temere dixerim:multo mino/
ris numeri homines ad eum peruenturos
fuiſſe: q̄uis nunc quoq̄ vt videm⁹ rari ad/
modum pauciq̄ perueniant. Cum enim in
hunc mundum/ſiue deus/ſiue natura/ſiue
neceſſitas/ ſiue voluntas noſtra/ ſiue con/
iuncta horum aliqua/ſiue ſimul omnia:res
eīn multum obſcura eſt: ſed tamen a te iam
illuſtranda ſuſcepta/veluti in quoddā pro/
celloſum ſalum nos quaſi temere paſſimq̄
proiecerit:quotus quiſq̄ cognoſceret quo
ſibi nitendum eſſet/qua ve redeundum/niſi
aliquando et inuitos contraq̄ obnitentes
aliqua tempeſtas:quę ſtultis videtur ad/
uerſa:in optatiſſimā terram neſcientes er/
ranteſq̄ cōpingeret. Igitur hominū quos B
philoſophia poteſt accipere/tria quaſi na/ Tria in philo
uigantiū genera mihi videor videre. Unū ſophia naui/
eſt eorum/quos vbi ętas compos rationis gātiū genera.
aſſumpſerit/paruo impetu pulſuq̄ remorū
de proximo fugiunt:ſeſeq̄ recondunt in il/
la tranquillitate vnde cęteris ciuibus qui/
bus poſſunt:quo admoniti conentur ad ſe:
luciđiſſimū ſignum ſui aliculus operis eri/
gunt. Alterum vero eſt eorum ſuperiori q̄
contrarium/qui fallaciſſima facie maris de/
cepti/elegerunt in medium progredi/ lon/
geq̄ a ſua patria peregrinari audent:⁊ ſepe
eius obliuiſcuntur. Hos ſi neſcio quo et ni/
mis latente modo a puppi ventus/ quem
proſperum putāt /fuerit proſecutus:pene/
trant in altiſſima miſeriarum elati atq̄ gau
dentes/q̄ eis vſq̄quaq̄ fallaciſſima ſereni/
tas voluptatum/honorūq̄ blanditur. His
profecto quid aliud optandum eſt/q̄ quę/
dam in illis rebus a quibus iactati excipi/
antur in proſpera: et ſi parū eſt/ſęuiens om
nino tempeſtas/contrarieq̄ flans ventus:
qui eos ad certa et ſolida gaudia vel flen/
tes gemēteſq̄ perducat? Huius generis ta/
men plęriq̄ nondū longius euagati / qui/
buſdam non ita grauibus moleſtijs redu/
cuntur. Hi ſunt hoīes/quos cum vel lachry
mabiles tragędię fortunarum ſuarum/vel 1.Retract.2.c.
inanium negociorum anxię difficultates:
quaſi nihil aliud habentes quod agant:in
libros doctorum ſapientiſſimorumq̄ ho/
minum traxerint: in ipſo quodāmodo por/
tu euigilant: vnde illos nulla maris illius
promiſſa nimium falſo ridentis excludant.
Eſt autem genus inter hęc tertiū eorū/ qui
vel in ipſo adoleſcentię limine/vel iam diu
multumq̄ iactati/tamen quędā ſigna reſpi
ciunt:⁊ ſuę dulciſſime patrię q̄uis in ipſis
fluctib⁹ recordant: ⁊ aut recto curſu in nullo
falſi ⁊ nihil morati eā repetunt:aut plęrūq̄
vel inter nubila deuiantes/vel mergentia
contuentes ſidera/ vel nonnullis illecebris

capti/ bone nauigatiōis tēpora differētes/
1.Retract. ca.2.c. errāt diuti⁹/sepe etiā periclitant. Quos itē
sepe nōnulla in fluxis fortunis calamitas/
q̄si conatib⁹ eorū aduersa tempestas in op/
C tatissimā vitā quietāqꝫ compellit. His autē
omnib⁹ q̄ q̄cūqꝫ modo ad beatę vitę regio/
nem feruntur/ vnus immanissimus mons
ante ipsum portū constitutus: qui etiā ma/
gnas ingredictib⁹ gignit angustias/ vehe/
mentissime formidādus cautissimeqꝫ vitan
dus est. Nam ita fulget/ ita mētiente illa lu
ce vestitur/ vt nō solū peruenientibus non/
dumqꝫ ingressis incolendū se offerat/ ⁊ eorū
voluntatibus pro ipsa beata terra satisfa/
cturū polliceatur: sed plerūqꝫ de ipso por/
tu ad sese homines inuitat: eosqꝫ nonnunq̄
detinet ipsa altitudine delectatos: vnde ce/
teros despicere libeat. Hi tamē admonent
sepe venictes: ne aut occultis subter scopu/
lis decipiant: aut ad se ascendere facile pu/
tent/ ⁊ qua sine periculo ingrediant ꝓpter
illius terrę vicinitatē beniuolentissime do/
cent. Ita cū eis inuident vanissimā gloriā:
locū securitatis ostendūt. Nam quē montē
altum vult intelligi ratio ꝓpinquantibus
ad philosophiā ingressisve metuendū/ nisi
superbū studiū inanissimę glorię: qđ ita ni/
hil intus plenū atqꝫ solidum habet/ vt infla
tos sibi supambulantes succrepante fragili
solo demergat ac sorbeat: eisqꝫ in tenebras
reuolutis/ eripiat luculētissimā domū/ quā
D pene iā viderant. Quę cū ita sint/ accipe mi
1.Retract. ca.2.b. theodore: Nāqꝫ ad id quod desidero te vnū
intueor: teqꝫ aptissimū semꝑ admiror: Ac/
7.dispu.3.1. cipe inq̄: et qđ illorū trium genus hominū
me tibi dederit: ⁊ quo loco mihi esse videar:
⁊ abs te cuiusmodi auxiliū certus expectē.
3.confess. ca.4.a. et.6.ca.11.a et.8.ca.7.b. Ego ab vsqꝫ vndeuicesimo āno ętatis meę
postq̄ in schola rhetorum librū illum cice/
ronis/ qui hortensius vocatur/ accępi: tāto
amore philosophię succensus sum/ vt sta/
tim ad eam me transferre meditarer. Sed
neqꝫ mihi nebulę defuerūt: quibus confun/
deretur cursus meus/ et diu fateor: quibus
in errorē ducebar labentia in oceanū astra
suspexi. Nam ⁊ superstitio quędā puerilis
me ab ipsa inquisitione terrebat. Et vbi fa/
ctus erectior/ illam caliginē dispuli: mihiqꝫ
ꝑsuasi/ docētib⁹ potius q̄ iubentib⁹ esse cre/
5.confess. ca.6.a. dendū: incidi in homines/ q̄bus lux ista q̄
oculis cernit inter summa et diuina colēda
videret. Non assentiebar/ sed putabam eos
magnū aliq̄d tegere illis inuolucris/ quod
5.confess. ca.14.c. essent aliquādo aperturi. At vbi discussos
eos euasi: maxime traiecto isto mari: diu gu
bernacula mea repugnantia omnibus ven

tis in medijs fluctib⁹ academici tenuerunt.
Deinde veni in has terras: hic septētrionē E
cui me crederē didici. Animaduerti eni ⁊ sę/
pe in sacerdotis nostri/ ⁊ aliquādo in sermo
nibus tuis/ cū de deo cogitaret/ nihil omni/
no corporis esse cogitandū: neqꝫ cū de ani/
ma: Nam id est vnū in rebus proximū deo.
Sed ne in philosophię gremiū celeriter ad/
uolarem/ fateor: vxoris honorisqꝫ illecebra 6.confess.
detinebar: vt cum hęc essem cōsecutus: tum ca.6.a.
demū me/ quod paucis felicissimis licuit/ to
tis velis omnibusqꝫ remis in illū sinū rape/
rem: ibiqꝫ conquiescerē. Lectis autē plato/ 7.confess.ca.
nis paucissimis libris: cuius te esse studio/ 9.a.et.20.a.
sissimū accępi: collataqꝫ cū eis quantū po/
tui/ etiā illorū auctoritate qui diuina myste
ria tradiderūt/ sic exarsi/ vt omnes illas vel/
lem ancoras rumpere/ nisi me nonnullorū
hominū existimatio cōmoueret. Quid er/
go restabat aliud/ nisi vt immorāti mihi su/
perfluis/ tēpestas quę putabat aduersa suc
curreret? Itaqꝫ tantus me arripuit pectoris
dolor/ vt illius professionis onus sustinere
nō valens/ qua mihi vilificabā/ fortasse ad
sirenas abijcerē omnia: ⁊ optatę tranquilli/
tati vel quassatā nauem fessamqꝫ perduce/
rem. Ergo vides in qua philosophia quasi
in portu nauigem. Sed etiā ipse late patet:
eiusqꝫ magnitudo q̄uis iam minus pericu/
losum/ nō tamen penitus excludit errorem.
Nam cui parti terrę/ quę profecto vna bea/
ta est/ me admoueā/ eamqꝫ cōtingam pror/
sus ignoro. Quid eni solidū tenui/ dū ad/
huc de anima q̄stio nutat ⁊ fluctuat? Qua/ F
re obsecro te per virtutē tuā/ ꝑ humanitatē/ 1.Retract.
per animarū inter se vinculū atqꝫ cōmerciū ca.2.b.
vt dexterā porrigas. Hoc autem est/ vt me
ames/ ⁊ a me vicissim te amari credas/ charū
qꝫ haberi. Qđ si impetrauero/ ad ipsā bea
tam vitā cui te iam hęrere ꝓsumo/ paruo co
natu facillime accedā. Quid autem agam:
quove modo ad istū portū necessarios me/
os congregem/ vt cognoscas ⁊ ex eo animū
meū? Neqꝫ eni alia signa inuenio q̄bus me
ostendā/ vel quo plenius intelligas pelag⁹
disputationū mearū. Qđ mihi videt reli/
giosius euasisse/ atqꝫ tuo titulo dignius ad
te scribēdū putaui: ⁊ ipso tuo noīe dedican/
dum. Aptissime sane: Nā de beata vita q̄si/
uimus inter nos: nihilqꝫ aliud video quod
magis dei donū vocandū sit. Eloquentia
tua territus nō sum. Quicq̄d eni amo/ q̄uis
non assequar/ timere non possum: fortunę 1.Retract.
vero sublimitatē multo minus: apud te eni a.2.c.
vere q̄uis sit magna/ secunda est: nam qui/
bus dominatur/ eosdē ipsos secūdos facit.

Sed iam quid afferam/queso attende.

Narratio que ad disputationē primam paratur:

B Dibus nouēbris mihi natalis dies
i erat:post tam tenue prandiū/vt ab
eo nihil ingeniorū impediret/omnes
qui simul:nō modo illo die/sed q̄tidie cōui/
uabamur in balneas ad cōsedendū vocaui:
Nam is tempori aptus locus secretus oc/
curreret. Erant autem :non enī vereor eos
singulari benignitati tuę notos interim no
minib⁹ facere: Imprimis nostra mater:cu/
ius meriti credo esse om̄e qđ viuo : nauigi⁹
frater meus/trigetius ⁊ licētius ciues:⁊ di/
scipuli mei:nec lastidianū ⁊ rusticum cōso/
brinos meos:q̄uis nullū vel grāmaticum
passi sint/deesse volui:ipsumq̧ eorū sensum
cōmunē ad rē quā molebar / necessariū pu/
9.cōfess. ca.6.b. taui . Erat etiā nobiscū ętate minim⁹ oim/
sed cui⁹ ingeniū/si amore nō fallor/magnū
quiddā pollicetur/adeodatus filius meus.
Quibus attentis sic cępi.

Disputatio prime diei de beata vita.

B Anifestū vobis videtur ex anima et
Augustin⁹ m corpore nos esse cōpositos?Cū oēs
ꝯsentirent/nauigius se ignorare re/
spōdit. Cui ego: Nihil ne omnino scis inq̄:
an inter aliqua quę ignoras etiā hoc nume
Nauigius randū est? Non puto me inq̄t oīa nescire.
Augustin⁹ Potesne inq̄ nobis dicere aliq̄d eorū quę
Nauigius nosti? Possum inq̄t. Nisi molestū ē inq̄
Augustin⁹ profer aliquid. Et cū dubitaret: scis ne inq̄
Nauigius saltim te viuere? Scio inq̄t. Scis ḡ habe/
Augustin⁹ re te vitā? Siq̄dē viuere nemo nisi vita po/
Nauigius test. Et hoc inquit scio. Scis etiā corp⁹ te
Augustin⁹ habere. Assentiebat. Ergo iā scis te cōstare
Nauigius ex corpe ⁊ vita. Scio interim: sed vtrū hęc
Augustin⁹ sola sint/incertus sum. Ergo duo ista inq̄
esse nō dubitas:corp⁹ ⁊ aīam/ sed incert⁹ es
vtrū sit aliud qđ ad complendū ac ꝑficien/
Nauigius dum hominē valet. Ita inq̄t. Hoc q̄le sit
Augustin⁹ alias si possum⁹ quęrem⁹ inq̄. Nūc illud iā
C ex omnibus quęro: cū fateamur cuncti/neq̧
sine corpore/neq̧ sine anima esse posse ho/
minē/cibos ꝓpter quid horū appetamus?
Licentius Propter corpus inq̄t licētius. Cęteri aūt
cūctabantur / varioq̧ sermone inter se age/
bant: quomodo posset ꝓpter corpus cibus
necessarius videri / cū appeteret propter vi/
Augustin⁹ tam/et vita nō nisi ad animā ꝑtineret. Tū
ego: Videtur inq̄ vobis ad eā partē cibū
pertinere/quā cibo crescere robustioremq̧
fieri videmus? Assentiebantur pręter trige/
Trigetius tium. Ait enim: Cur ergo non ꝓ edacitate
Augustin⁹ mea creui? Modū inq̄ suū a natura con/
stitutum habent omnia corpora: vltra quā
mensurā progredi nequeāt: tamē ea men/
sura minora essent si eis alimēta defuissent:
Quod et in pecorib⁹ facilius animaduerti/
mus. Et nemo dubitat cibis subtractis om/
nium animantiū corpora macescere. Ma/ Licentius
crescere inquit licētius/nō decrescere. Sa/ Augustin⁹
tis est mihi inq̄: ad id qđ volo: Etenī q̄stio
est: vtrum ad corpus cibus pertineat: Per/
tinet autē cum eo subducto ad maciē dedu/
citur. Oēs ita esse censuerunt. Quid ergo D
anima inq̄ : nulla ne habet alimēta ꝓpria?
An enī esca sciētia vobis videtur? Plane Monica
inquit mater/ nulla re alia credo ali aīam q̄
intellectu rerū atq̧ scientia. De q̄ sententia
cū trigetius dubiū se ostēderet: Hodie inq̄t
illa/tuipse nōne docuisti/vnde aut vbi ani/
ma pascatur? Nam post aliquantā prandij
partē te dixisti nō aduertisse / quo vasculo
vteremur/q̧ alia nescio quę cogitasses: nec
tamen ab ipsa ciborum parte abstinueras
manus atq̧ morsus. Vbi igit erat animus
tuus/quo tēpore illud te vescente nō atten/
debat: inde mihi crede/⁊ talibus epulis ani
mus pascit: id est theorijs/et cogitationib⁹ E
suis / si sup eas aliquid ꝑcipere possit. De Augustin⁹
qua re cū dubitanter streperent/nonne inq̄
conceditis hominum doctissimorū animos
multo eē q̄ imperitorū/quasi in suo genere
pleniores atq̧ maiores? Manifestū esse di/
xerunt. Recte igitur dicimus eorū animos
qui nullis disciplinis eruditi sunt nihilq̧
bonarū artium hauserunt/ieiunos/⁊ quasi
famelicos esse. Plenos inq̄t trigetius ⁊ il/ Trigetius
lorum animos esse arbitror/sed vitijs atq̧ F
nequitia. Ista ipsa est inq̄ crede mihi q̄dā Augustin⁹
sterilitas ⁊ quasi fames animorū: Nā quē/
admodū corpus detracto cibo plerūq̧ mor
bis atq̧ scabie repletur: quę in eo vitia in/
dicāt famē : ita ⁊ illorū animi pleni sūt mor/
bis quibus sua ieiunia confitentur. Etenī
ipsam nequitiā matrē omniū vitiorū/ex eo
q̧ ne quicq̧ sit: id est ex eo q̧ nihil sit/ vete/ j.dispu.3.m.
res dictam esse voluerūt: Cui vitio quę con
traria v̄tus est frugalitas nominat. Vt igi/
tur hęc a fruge/id est a fructu/propter quan
dam animorū fęcunditatem: ita illa ab steri/
litate/hoc est/a nihilo nequitia nominata
est: Nihil est enim om̄e quod fluit: qđ sol/
uitur: qđ liquescit et quasi semꝑ perit. Ido
tales homines etiā ꝑditos dicim⁹. Est autē
aliq̄d si manet/si ꝯstat/si semꝑ tale est: vt est
virtus: cui⁹ magna pars est atq̧ pulcherri/
ma: q̄ temperantia ⁊ frugalitas dicit. Sed
si hoc obscurum est/q̄ vt id iam vos videre
possitis / certe illud cōceditis: quia si animi

imperitoꝝ etiã ipſi pleni ſũt: vt corpoꝝ / ita
animoꝝ duo alimentoꝝ genera inueniunt:
vnũ ſalubꝛe atqꝫ vtile: alterũ moꝛbidũ atqꝫ
G peſtifeꝝ. Que cũ ita ſint / arbitroꝛ die nata/
Al. † quedam li meo: qm̃ duo † media eſſe in hoĩe cõuenit:
inter nos. i. corpus atqꝫ animã / nõ me pran
diũ paulo latius corpoꝛib⁹ noſtris ſolũ / ſed
⁊ animis etiã exhibere debere. Qd̕ aũt hoc
ſit prandiũ ſi eſuritis ꝓferã. Nã ſi vos inui
tos ⁊ faſtidiẽtes alere conaboꝛ: fruſtra ope/
Al. ſinſumã ram † cõſumã: magiſqꝫ vota facienda ſunt:
vt tales epulas potius q̃ illas corpoꝛis de
ſideretis. Quod eueniet ſi ſani animi veſtri
fuerint: Egri eñ ſicut in moꝛbis ipſi⁹ corpo
ris videm⁹ / cibos ſuos recuſant et reſpuũt.
Omnes ſe vultu ipſo et conſentiente voce
quicquid ꝑparaſſem iam ſumere ac voꝛare
H velle dixerunt. Atqꝫ ego rurſus exoꝛdiens:
Auguſtin⁹ Beatos eſſe nos volum⁹ inq̃. Vix hoc ef/
13. de trinita. ca. 4. 8. fuderam occurrerũt vna voce ꝯſentientes.
Videtur ne vobis inq̃ beatus eſſe qui qd̕
vult nõ habet? Negauerũt. Quid / omnis
Monica qui quod vult habet / beatus eſt? Tũ ma/
ter: Si bona inqt velit ⁊ habeat / beatus eſt.
Si autẽ mala velit / q̃uis habeat / miſer eſt.
Auguſtin⁹ Cui ego arridẽs atqꝫ geſtiẽs: Ipſam inq̃
pꝛoꝛſus mater arcem philoſophie tenuiſti.
Nam tibi pꝛoculdubio verba defuerũt: vt
non ſicut tullius te modo panderes: cui⁹ de
Tullius in hoꝛtenſio hac ſententia verba iſta ſunt: Nam in hoꝛ/
13. de trinita. ca. 5. 8. c. tenſio / quẽ de laude ac defenſione philoſo/
phie libꝛum fecit: Ecce autẽ ait / non philo/
ſophi quidẽ / ſed pꝛompti tamen ad diſpu/
tandum / omnes aiunt eſſe beatos qui vi/
uant vt ipſi velint. Falſum id quidẽ: Velle
eñ quod nõ deceat / idem ipſuꝫ miſerrimũ.
Nec tam miſerũ eſt nõ adipiſci quod velis:
q̃ adipiſci velle qd̕ nõ opoꝛteat. Plus eñ
1. Retract. ca. 2. c. mali pꝛauitas voluntatis affert q̃ʒ foꝛtuna
cuiq̃ʒ boni. In quibus vbis illa ſic excla/
mabat / vt obliti penitus ſexus ei⁹ / magnũ
aliquẽ virum conſidere nobiſcũ crederem⁹:
me interim quantũ poteram intelligente ex
I quo illa ⁊ q̃ʒ diuino fonte manarent. Et li
Licentius centius. Sed dicẽdũ inquit tibi eſt: vt bea/
tus ſit quiſqꝫ / quid velle debeat / ⁊ quarum
Auguſtin⁹ rerũ cũ opoꝛteat habere deſideriũ. Inui/
ta me inq̃ natali tuo quando dignaberis
quicqd appoſueris libenter ſumã. Qua cõ
ditione hodie apud me vt epuleris peto: nec
flagites quod foꝛtaſſe non eſt paratũ. Quẽ
cũ modeſte ac verecunde cõmonitionis ſue
peniteret: ergo illud inq̃ʒ cõuenit inter nos
neqꝫ quẽq̃ʒ beatũ eſſe poſſe qui quod vult
4. ſen. diſ. 49. ca. ſolet. j. nõ habet. Beatũ nõ eſſe / dederunt. Quid il
j. diſpu. 2. l. lud inq̃ʒ conceditis: omnẽ qui beatus non

eſt / miſerũ eſſe? Non dubitauerũt. Omnis
igitur inq̃ qui quod vult non habet / miſer
eſt. Placuit omnibus. Quid ergo ſibi ho/
mo cõparare debet vt beatus ſit inq̃ʒ? Foꝛ
te eñ etiã hoc iſti noſtro conuiuio ſubmini/
ſtrabitur: ne licentij auiditas negligat: nã
id opinoꝛ ei comparandũ eſt / quod cũ vult K
habet. Manifeſtum eſſe dixerũt. Id ergo 1. Retract.
inq̃ʒ ſemper manens: nec ex foꝛtuna pendũ ca. 2. c.
lum / nec vllis ſubiectuꝫ caſibus eſſe debet.
Nã quicquid moꝛtale et caducũ eſt / nõ po/
teſt a nobis quãdo volumus / ⁊ q̃ʒdiu volu
mus haberi. Aſſentiebantur omnes. Sed Trigetius
trigetius: Sũt inquit multi foꝛtunati: qui
eas ipſas res fragiles caſibuſqꝫ ſubiectas:
tamen iocundas pꝛo hac vita cumulate lar
geqꝫ poſſideant: nec quicq̃ʒ illis eoꝛuꝫ que
volunt deſit. Cui ego: Qui timet inq̃ʒ / vi Auguſtin⁹
detur ne tibi beatus eſſe? Non videt inqt. Trigetius
Ergo quod amat q̃ſqꝫ: ſi amittere poteſt / Auguſtin⁹
poteſt ne non timere? Non poteſt inquit. Trigetius
Amitti autẽ poſſunt illa foꝛtuita. Nõ igi/ Auguſtin⁹
tur hec qui amat ⁊ poſſidet / poteſt vllo mo/
do beat⁹ eſſe. Nihil repugnauit. Hoc lo/ Trigetius
co aũt mater? Etiã ſi ſecurus ſit inquit ea ſe Monica
omnia nõ eſſe amiſſurũ: tamen talib⁹ ſatiari
nõ poterit. Ergo ⁊ eo miſer quo ſemper eſt L
indigus. Cui ego: Quid inq̃ʒ his omni/ Auguſtin⁹
bus abundans rebus atqꝫ circumfluens / ſi
cupiendi modũ ſibi ſtatuat: eiſqꝫ cõtentus /
decenter iocundeqꝫ ꝑfruatur: nonne tibi vi/
detur beatus? Non ergo inquit illis reb⁹ / Monica
ſed animi ſui moderatione beat⁹ eſt. Opti/ Auguſtin⁹
me inq̃ʒ: nec huic interrogationi aliud / nec
abs te aliud debuit reſponderi. Ergo nullo
modo dubitam⁹ / ſi quis beatus eſſe ſtatuit:
id eũ ſibi comparare debere qd̕ ſemper ma/
neat / nec vlla ſeuiente foꝛtuna eripi poteſt. Trigetius
Hoc inqt trigetius iam dudũ conſenſim⁹. M
Deus inq̃ʒ vobis eternus ⁊ ſemꝑ manẽs Auguſtin⁹
videt? Hoc quidẽ inqt licenti⁹ ita certũ eſt Licentius
vt interrogatione nõ egeret: ceteriqꝫ omnes
pia deuotiõe cõcinuerũt. Deũ igit inq̃ʒ q̃
habet beat⁹ eſt. Qd̕ cũ gaudẽtes libentiſſi/ Auguſtin⁹
me accepiſſent: Nihil ergo inq̃ nobis iam
q̃rẽdũ arbitroꝛ eſſe / niſi qs hominũ habeat
deũ: beatus eñ ꝓfecto is erit. De quo q̃ro
quid vobis videat. Hic licẽtius: Deũ ha/ Licentius
bet / qui bñ viuit. Trigetius. Deum habet Trigetius
inquit qui facit que deus vult fieri. In cu/
ius ſententiã laſtidian⁹ cõceſſit. Puer au/ Adeodatus
tem ille minimus oim: is habet deum ait /
qui ſpiritũ immundum nõ habet. Mater Monica
vero omnia / ſed hoc maxime appꝛobauit.
Nauigius tacebat. Quem cũ interrogaſ/ Nauigius
ſem quid ſentiret: illud vltimũ ſibi placere

respõdit. Nec rusticeũ pcunctandũ visum est
negligẽdũ/ q̃ nã esset de re tanta ei⁹ senten/
tia. Qui mihi videbat̃ q̃ nõ deliberatione
N magis q̃ pudore impeditus sileret: trigetio
Augustin⁹ cõsensit. Tũ ego: Teneo inq̃ oim placita
de re magna sane/ et vltra q̃ nec queri qcq̃
oportet/ nec inueniri põt: si modo eã vti ce/
pimus serenissime ac sincerissime inuestige/
mus. Qð hodie quia longũ est/ ⁊ habent in
epulis suis ⁊ animi quandã luxuriẽ/ si vltra
modũ in eas ⁊ voraciter irruãt: Ita eñ ma
le quodãmõ digerũt/ vnde valitudini men
tiũ nõ minus q̃ ab illa ipsa fame metuẽdũ
est. Melius nos hec q̃stio cras esurientes si
videt̃ accipiet. Illud modo libẽter liguria/
tis volo/ qð subito mihi ministratori vestro
in mentẽ suggestũ est/ inferendũ: ⁊ est ni fal
lor/ q̃lia solent vltima apponi/ q̃si scholasti/
co melle cõfectũ atq̃ conditũ. Quo audito
sese oẽs q̃si in allatũ ferculũ tetenderũt: co/
egerũtq̃ vt dicere pperarẽ qd nam id esset.
Q Quid inq̃ putatis/ nisi cũ academicis totũ
qð susceperam⁹ cõfectũ esse negociũ? Quo
Alipius accepto noĩe/ tres illi quibus res nota erat/
Trigetius sese erexerũt alacrius: et velut porrectis/ vt
Licentius fit/ manib⁹ inferentẽ ministrũ adiuuerũt q̃/
bus potuerũt verbis: nihil se iocundius au
Augustin⁹ dituros esse mõstrantes. Tum ego ita rem
pposui: Si manifestũ est inq̃z beatũ nõ eẽ/
B. disputatiõe qui qð vult non habet: qð pauloante ratio
prima. i. demõstrauit: nemo autẽ querit qð inuenire
Argumenta/ nõ vult: ⁊ querũt illi semp veritatẽ: volunt
tio fort. ptra ergo inuenire: volũt igit̃ habere inuẽtionẽ
academicos veritatis/ ⁊ nõ inueniunt: sequit̃ eos nõ ha
bere qð volũt: ⁊ ex eo sequit̃/ etiã btõs non
P esse. At nemo sapiẽs nisi beat⁹: Sapiẽs igit̃
academicus nõ est. Hic repẽte illi/ q̃si totũ
rapiẽtes exclamauerũt. Sed licẽtius atten
tius ⁊ cautius aduertẽs timuit assensionẽ:
Licentius atq̃ subiecit. Rapui qdẽ vobiscũ: siquidẽ
exclamaui illa cõclusiõe cõmotus. Sz nihil
hinc admittã in viscera/ ⁊ partẽ meã serua/
bo alipio: Nam aut simul eã mecũ lambet:
aut me admonebit cur nõ oporteat attinge
Augustin⁹ re. Dulcia inq̃ magis metuere nauigi⁹ de/
Nauigius beret splene vitioso. Hic ille arridẽs: Pla/
ne inq̃t me talia sanabũt. Nã nescio quõ cõ
tortũ hoc ⁊ aculeatũ/ qð posuisti: vt ait ille
de melle hymetio/ acriter dulce est nihilq̃
inflat viscera. Quare totũ etiam palato ali
quantũ remorso/ tñ vt possũ libentissime in
medullas traijcio. Nõ eñ video quõ redar/
Trigetius gui possit ista cõclusio. Prorsus nullo mõ
potest inq̃t trigeti⁹. Quare gaudeo iã diu
cũ illis me inimicitias suscepisse: Nã nescio
q̃ impellẽte natura/ vel vt verius dicã/ deo

etiã nesciẽs quõ refellendi essent/ tñ eis ni/ Q
mis aduersabar. Hinc licenti⁹: Ego inq̃t il Licentius
los nõdũ desero. Ergo ait trigeti⁹: Dissen Trigetius
tis a nobis? Nunquid nã ille inq̃t/ vos ab Licentius
alipio dissentit? Cui ego: Nõ dubito inq̃ Augustin⁹
quin si adesset alipius/ huic ratiũcule cede/
ret. Nõ eñ tam absurde sentire poterat: vt
aut beat⁹ illi videret̃/ qui tantũ bonũ animi
qð ardentissime vellet habere nõ haberet:
aut illos nolle inuenire vitatẽ: aut eũ q̃ be/
at⁹ nõ sit esse sapiẽtẽ. Nã his trib⁹ q̃si melle
farre atq̃ nucleis illud qð metuis gustare
cõfectũ est. Ille ne inq̃t huic tã parue pue Licentius
roꝝ illecebre cederet academicoꝝ tãta vber
tate deserta: q̃ inundante hoc nescio qd bre R
ue aut obrueret̃/ aut ptrahet̃? Quasi vero Augustin⁹
inq̃z longum aliquid nos q̃ramus/ p̃sertim
aduersus alipiũ: Nã nõ mediocriter parua
ista esse fortia ⁊ vtilia satis sibi ipse de suo
corpore argumẽtaret̃. Tu autẽ qui elegisti
de absentis auctoritate pendere: quid hoꝝ
nõ probas? Vtꝝ beatũ nõ esse qui qð vult
nõ habet? An illos negas velle habere in/
uentã vitatẽ/ quã vehementer inq̃rũt? An
videt̃ tibi quisq̃ sapiens nõ beat⁹? Pro/ Licentius
sus beatus est inq̃t/ qui qð vult nõ habet:
q̃si stomachanter arridẽs. Qð cũ iuberez Augustin⁹
vt scriberet̃: Nõ dixi inq̃t/ exclamãs. Qð Licentius
itẽ cũ annuerẽ scribi: Dixi inq̃t. Atq̃ ego Augustin⁹
semel p̃ceperã vt nullũ verbũ p̃ter litteras
funderet: Ita adolescentẽ inter verecundiã
atq̃ constantiaz exagitatũ tenebã. Sed cũ S
his verbis eũ iocantes/ quasi ad vescendaz
particulã suã puocaremus: animaduerti ce
teros rei totius ignaros/ sed scire cupiẽtes
qd inter nos solos tam iocunde ageret̃ sine
risu nos intueri. Qui mihi prorsus similes
visi sunt: qð plerũq̃ solet his qui cum epu/
lantur inter auidissimos rapacissimosq̃ cõ/
uiuas a rapiẽdo/ vl' grauitate sese abstinẽt/
vel pudore terrent̃. Et quia ego inuitauerã
tionẽ. Aug. Quõ? Nõ em̃ cũ dicitꝰ iũctis
alitibus anguib⁹ medeã volasse/ vlla ex p/
te res ista verũ imitatur: quippe q̃ nulla sit/
nec imitari aliq̃d possit ea res q̃ omnino nõ
C sit? Ra. Recte dicis: sed non attẽdis eã rẽ
q̃ omnino nulla sit/ ne falsa quidẽ posse dici.
Si em̃ falsuz est/ non ẽ: si est/ non ẽ falsum.
Aug. Non q̃ dicem⁹ illud de medea ne/
scio qd̃ monstrũ falsũ esse. Ra. Nõ vtiq̃:
Nã si factũ ẽ/ quõ falsũ est: Si non ẽ factũ/
quõ monstrũ ẽ? Aug. Mirã rẽ video: Ita
ne tandẽ cũ audio angues ingentes alites
iũctos iugo/ nõ dico falsũ? Ra. Dicis pla
ne: Est em̃ qd̃ falsũ eẽ dicas. Aug. Quid
q̃so? Ra. Illã scz sententiã q̃ ipso ṽsu enũ
ciatur. Aug. Et quã tãdẽ habet ista imi/
tationẽ veri? Ra. Quia sitr enũciaꝰ etiã
si vere illud medea fecisset. Imitaꝰ q̃ ipsa
enũciatione veras sentẽtias falsa sentẽtia:
Que si non crediꝰ/ eo solo imitaꝰ veras q
ita diciꝰ: estq̃ tñ falsa/ nõ etiã fallẽs. Si au
tẽ fidẽ impetrat/ imitatur etiã creditas ve/
ras. Aug. Iã intelligo multũ iteresse in/
ter illa q̃ dicim⁹/ et illa de q̃bus dicimus ali
quid: q̃re iã assentior: Nã hoc solo reuoca/
bar: quicq̃d falsũ dicimus nõ recte dici nisi
habeat veri alicui⁹ similitudinẽ. Quis em̃
lapidẽ falsũ argentũ eẽ dicẽs nõ iure ride/
atur: tñ si q̃s lapidem argentũ esse dicat/
dicimus falsũ eũ dicere/ id est falsam pfer/
re sententiã? Stannũ autẽ vel plumbũ non
absurde vt opinor/ falsum argentuz voca/
mus: q id res ipsa velut imitaꝰ: neq̃ ex eo

falsa ē nra sententia/ꝫ illud ipsū de q̄ nūc agit.

An queadmodū deteriora falso meliorū nominibus appellari/ ita meliora deteriorū falso nominibꝰ vocari congrue possint. Et quō iure infames habeantur/ qui muliebri habitu se ostentant: et si patrie liberande causa/muliebri tunica liceat hostē decipere: insup si sapiēs malit emori frigore q̄ femineis vestibꝰ si aliud nō sit amiciri: Ca. xvi.

A b Bene intelligis. Sꝫ illud vide (Ra. vtrū et argentū falsū plūbi noīe ꝯgruēter appellare possimꝰ. Aug. Non mihi placet. Ra. Quid ita? Aug. Nescio/nisi illō videro vehemēter ꝯtra volūtatē meā dici. Ra. Nū forte ꝓpterea q̄ argētū meliꝰ ē/et q̄si in contumelia eius dicitur: plumbi autē quidā velut honor est/ si falsum argētū vocet? Aug. Prorsus explicasti quod volebā. Et ideo credo iure infames intestabilesq̄ haberi/ q̄ muliebri habitu se ostentant: quos nescio vtrū falsas mulieres/an falsos viros melius vocē: Veros tamen histriones/ verosq̄ infames sine dubitatiōe possumꝰ vocare: aut si latēt/ nec īfame quicq̄ nisi a turpi fama nominatur/ veros neq̄q̄ non sine ꝟitate dicimꝰ/vt

B opinor. Ra. Aliꝰ locus nobis erit de istis rebus differendi. Multa eñ fiūt q̄ quasi facie populari turpia vident: alio tñ fine laudabili honesta mōstrētur. Et magna questio est/vtrū patrie liberande causa muliebri tunica indutus/debeat hostē decipere: hoc ipso quo mulier falsa sit/ fortasse verior vir futurus. Et vtrum sapiens qui aliquo modo certū habeat/necessariā fore vitam suam rebus humanis/malit emori frigore/q̄ femineis vestibus/si aliud non sit/ amiciri: Sed de hoc vt dictū ē/alias videbimus. Profecto eñ cernis quante inquisitionis indigeat/quatenus ista ꝓgredi debeant: ne in quasdā inexcusabiles turpitudines decidatur. Nunc autē quod presenti questioni satis ē/iam puto apparere: neq̄ dubitari non esse falsum quicq̄ sine veri aliqua imitatione.

An inueniri possit aliquod verum quod non ex aliqua parte falsum sit/ vt ex alia verum esse possit: et inane siue vacuum nihil esse probatur: Ca. xvii. Aug.

A p Proficiscere ad reliq̄: Nā hoc mihi bn̄ persuasum ē: Ergo illud quero: vtrū preter disciplinas quibus erudimur/ꝛ quibꝰ etiā ipsum studiū sapientie annumerari decet/ possimꝰ quicq̄ ita verū inuenire/ qō non sicut theatricꝰ achilles ex aliqua parte falsū sit/vt ex alia verū eē possit? Ra. Mihi vident multa inueniri. Nō eñ discipline istū habent lapidē: nec tñ vt verus sit lapis/imitat aliquid fm q̄ falsus dicatur: Quo vno cōmemorato/vides iaꝫ innumerabilibꝰ supersedendū esse/ q̄ spōte occurrāt cogitātibꝰ. Aug. Video ꝓrsꝰ. Ra. Sed nōne tibi videt vno corpis noīe includi? Aug. Viderentur/ si aut inane nihil eē certū haberē: aut ipsū animū inter corpa numeranduꝫ arbitrarer: aut etiā deū corpus aliqō esse crederē: Que oīa si sūt: ꝛ nullius imitatione falsa ꝛ vera eē video. Ra. In longū nos mittis/ꝫ vtar q̄ntū possū cōpēdio. Certe eñ aliud ē qō inane appellas/aliud qō ꝟitatē. Aug. Lōge aliud. Quid eñ inanius/si veritatē inane aliquid putē: aut tātopere aliqd inane appeto? Quid eñ aliud q̄ ꝟitatē inuenire desidero? Ra. Ergo ꝛ illō fortasse ꝯcedis/nihil verū esse qō nō veritate fiat vt verū sit. Aug. Iā hoc olim manifestū ē. Ra. Nū

B dubitas nihil esse inane p̄ter ipsuꝫ inane/ aut certe corpꝰ? Aug. Prorsus nō dubito. Ra. Opinor q̄ ꝟitatē corpꝰ eē aliqō credis. Aug. Nullo mō. Ra. Quid in corpe? Aug. Nescio. Ra. Nihil ad rē: Arbitror eñ vel illud te scire: Si ē inane/magis illud esse vbi nullū sit corpus. Aug. Hoc sane planū ē. Ra. Quid igit imoramur? An tibi aut veritas videt fecisse inane: aut aliqd verū esse vbi veritas nō sit? Aug. Nō videt. Ra. Non est ꝫ inane verū: q: neq̄ ab eo qō inane nō ē inane fieri pōt: Et qō veritate caret/verū nō eē manifestū ē: Et omnino ipsū qō inane dicit/ ex eo q̄ nihil sit dr. Quō igit potest verum esse quod non est: aut quomodo potest esse quod penitus nihil est? Aug. Age nūc inane tanq̄ inane deseramus.

Si corpus sit vere verū/vel imitatiōe aliqua verū/queadmodū figure geometrice in corporibus reperte: Ca. xviii. Ra.

q A Quid de ceteris dicis? Aug. Quid nisi id qō vides mihi plurimū suffragari?

Restat enim animus/et deus: que duo si propterea vera sunt/ quia in his est veritas/ de immortalitate dei nemo dubitat: Animus autem immortalis creditur/ si veritas que interire non potest/etiã in illo esse pbabit. Quare iã illud vltimuȝ videam⁹/ vtrum corpus nõ sit vere verum: id est nõ i eo sit veritas/sed quasi quedã imago veritatis: Nam si t in corpore/quod satis certũ est recipere interitũ/tale verũ inuenerimus quale ẽ in disciplinis:nõ cõtinuo erit disputãdi disciplina veritas/qua oẽs vere sunt disciplinę. Verũ ẽ eñi/ t corpus qd nõ videt disputandi ratione esse formatũ. Si võ t corp⁹ imitatione aliqua verũ est: t ob hoc non ad liquidũ verũ: nihil erit fortasse qd impediat disputandi rationẽ/quo min⁹ ipsa veritas eẽ doceat. Aug⁹. Interim q̃ram⁹ de corpe: Nã ne hoc qdẽ cũ ɔstiterit/ video ista cõtrouersiã terminatum: Ra. Unde scis quid velit deus? Itaq̃ attẽde:

B Nam ego puto corp⁹ aliqua forma et specie ɔtineri: quã si nõ haberet/ corp⁹ nõ eẽt: si verã haberet/animus esset: An aliter putandũ est? Aug⁹: Assentior in partẽ: de cętero dubito: Nam nisi teneat aliqua figura/corpus nõ esse concedo: Quõ autẽ si eã verã haberet/ anim⁹ esset/nõ sat itelligo. Ra. Nihil ne tandẽ de pmi libri exordio t de illa tua geometrica recordari? Aug⁹. Bñ cõmemoras: Recordor: p̃sus/ac libentissime. Ra. Tales ne in corpib⁹ figurę inueniunt/quales illa disciplina demõstrat? Aug⁹. Immo incredibile ẽ q̃nto deteriores eẽ ɔuincunt. Ra. Quas g̃ istaȝ veras putas? Aug⁹. Ne queso etiã istuc me interrogandũ putes. Quis eñ mẽte tã cęc⁹ ẽ q̃ nõ videat istas q̃ i geometrica docẽt habitare in ipsa veritate/aut i his etiã veritatẽ:illas võ corpis siquidẽ/ quasi ad istas tẽdere/ videnṫ habere nescio quã imitationẽ ṽitatis: t ideo falsas esse? Jã eñ totũ illud qd ostendere moliebaris/intelligo.

Rursũ ex eternitate veritatis/ q̃ animo inseparabiliṫ inest/animi immortalitas pbaṫ: t quomõ in animo imperito disciplina et veritas esse intelligatur/in aliud volumẽ differtur: Ca.xix. Ra.

A Uid ergo iã opus ẽ/vt de disciplina disputationis reqramus? Siue eñ figurę geometricę i veritate/siue in eis veritas sit:aĩa nostra/ id ẽ intelligentia nostra contineri nemo ambigit: ac p hoc i nostro animo etiã veritas esse cogitur. Q̃ si quęlibet disciplina ita ẽ in animo vt in subiecto inseparabiliter/nec interire ṽitas põt: qd q̃so de animi ppetua vita/nescio qua mortis familiaritate dubitamus? An illa linea vel quadratura vel rotunditas habẽt alia quę imitentur vt vera sint? Aug⁹. Nullo mõ id possũ credere/ nisi forte aliud sit linea q̃ longitudo sine latitudine: t aliud circul⁹ q̃ linea circũducta vndiq̃ ad mediũ ęq̃liter vergẽs. Ra. Quid g̃ cũctamur? An vbi ista sũt/veritas nõ est? Aug⁹. Auertat de⁹ amẽtiã. Ra. An disciplina nõ ẽ i aĩo? Aug⁹. Quis hoc dixerit? Ra. Sed forte põt intereũte subiecto id qd in subiecto ẽ pmanere? Aug⁹. Qñ mihi hoc psuadeṫ? Ra. Restat vt occidat veritas. Aug⁹. Uñ fieri potest? Ra. Immortalis ẽ igiṫ aĩa: Jãiam crede rationib⁹ B tuis/crede veritati: Clamat/ t i te sese habitare/ t immortalẽ eẽ: nec sibi suã sedẽ q̃cũq̃ corporis morte posse subduci. Auertere ab vmbra tua: reuertere i te: nullus ẽ interitus tuus/nisi oblitũ te esse q̃ interire nõ possis. Aug⁹. Audio: resipisco: recolere me incipio. Sed queso illa quę restãt expedias/quomõ in animo imperito: nõ eñ eũ mortalẽ dicere possum⁹: disciplina et veritas esse intelligaṫ? Ra. Aliud ista q̃stio volumẽ desiderat/si eã vis tractari diligẽter: Simul t illa q̃ vt potuim⁹ inuestigata sũt/ recẽsenda tibi esse video: Quia si nihil eorum quę concessa sunt dubiũ ẽ: multũ nos ęgisse arbitror: nec cũ parua securitate cętera quęrere.

Ex diuersitate obliuionis et recordationis/exemplariter ostẽditur quid intersit inter verã figurã/ quę intelligentia contineṫ/ et eam quam sibi fingit cogitatio/ q̃ grece phantasia dicitur: Ca. xx. Aug⁹:

Ta plane ẽ vt dicis: et obtẽpero p̃ceptis tuis libẽs. Sȝ illud saltẽ impetrẽ/añq̃ terminũ isti⁹ voluminis statuas: vt qd intersit iter verã figurã q̃ itelligẽtia contineṫ/et eã quã sibi fingit cogitatio/ quę grece siue phãtasia siue phãtasma dicit/ breuit exponas. Ra. Hoc quęris quod videre nisi mũdissimus nõ põt: t ad cui⁹ rei visionẽ paȝ es exercitat⁹. Nec

nunc ꝑ istos circuitus aliud ꝙ exercitatio/
nē tuam/ vt illud videre sis idoneus ope/
ramur: Tamen interesse plurimū quomō
possit doceri/ fortasse breuiter planum fa/
cio. Fac eñ te aliquid esse oblitū: aliosq̄ te
velle quasi in memoriā reuocare. Dicūt er/
go illi: Nunquid nam hoc est/ aut illud: di/
uersa velut similia ꝓferētes? Tu vero nec
illud vides quod recordari cupis: ꝛ tamen
vides nō hoc esse quod dicit. Nunquid nā
tibi cū hoc euenit oīni modo videtur obli/
uio? Nam ipsa discretio qua nō admittit
ꝙ falso admoneris/ pars quędā recordati/
onis est. Aug⁹. Ita videt. Ra. Tales er
go nondū verum vident: falli tamē decipi
q̄ nō possunt: ꝛ quid quęrāt/ satis norunt.
At si tibi quispiā dicat te post paucos di/
es risisse ꝙ nat⁹ es/ nō audes dicere falsum
esse: et si auctor sit cui fides habēda ē: non
recordaturus sed crediturus es: Totū eñ
tēp⁹ illō validissima obliuiōe tibi sepultū
ē: An aliter putas? Aug⁹. Prorsus cōsen/
B tio. Ra. Hęc igitur ab illa obliuione plu/
rimū differt: sed illa media est: nam est alia
recordationi reuisendęq̄ veritati ꝓpior ac
vicinior: Cui simile est qñ videmus aliqd:
certoq̄ recognoscim⁹ id nos vidisse aliqñ/
atq̄ nosse affirmam⁹: sed vbi/ aut qñ/ aut
quomō/ aut apud quē nobis in noticiā ve/
nerit/ satagim⁹ repetere atq̄ recolere. Et
si de homine nobis contigerit/ etiā quęri/
m⁹ vbi eū nouerim⁹: Quod cū ꝛ ille cōme/
morauerit: repēte tota res memorię q̄si lu/
mē infundit: nihilq̄ ampli⁹ vt reminiscat/
laborat: An h̄ gen⁹ ignotū tibi est/ aut ob/
scurꝫ? Aug⁹. Quid hoc planius/ aut q̄d cre
1. Retract. ca. 4. b. Lib. 12. de trinitate ca. 15. bri⁹ mihi accidere solet? Ra. Tales sunt
q̄ bene disciplinis liberalib⁹ eruditi: siqui/
dem illas sine dubio in se obliuione obru/
tas eruunt discēdo/ et quodāmodo refodi/
unt: nec tamē contēti sunt: nec se tenēt do/
nec totā faciē veritatis/ cui⁹ quidā i illis ar
tibus splēdor iam subrutilat/ lętissime atq̄
plenissime intueant. Sed ex his quidā fal/
si colores atq̄ formę/ velut in speculū cogi
tationis se fundūt: falluntq̄ inquirētes sę/
pe ac decipiunt: putātes illud totū esse qō
norunt vel qō inquirūt. Ipsę sunt illę ima/
ginationes magna cautione vitādę/ q̄ dep
hendunt fallaces: cū cogitationes variato
quasi speculo variantur/ cū illa facies ve/
ritatis vna et immutabilis maneat: Cum
eñ alterius atq̄ alterius magnitudinis q̄/
dratū sibi cogitatio depingit/ ꝛ quasi ante
oculos pręfert: sed mens interior/ quę vult
verꝫ videre/ ad illud se potius conuertat si
potest: fm ꝙ iudicat illa oīa esse quadra/
ta. Aug⁹. Quid si nobis quispiā dicat fm C
id eā iudicare/ ꝙ videre oculus solet. Ra.
Quare ergo iurat si tamen bñ erudita est:
quantāvis pilam verā vera planicie pun/
cto tangit? Quid tale vnq̄ ocul⁹ vidit/ aut
videre potest: cū ipsa imaginatiōe cogita/
tionis fingi tale quicq̄ hmōi non pōt? An
nō hoc ꝓbam⁹/ cū etiā minimū circulū ima
ginādo animo describimus: ꝛ ab eo lineas
ad centrū ducimus? Nā cū duas duxerim⁹
inter quas quasi acu vix pungi possit: ali/
as iā in medio non possumus ipsa cogita/
tione imaginaria ducere/ vt ad centrū sine
vlla cōmixtione ꝑueniant: cū clamet ratio
innumerabiles posse duci: nec sese in illis
incredibilib⁹ angustijs nisi centro posse cō/
tingere: ita vt in oīni earꝫ interuallo scribi
etiā circulus possit. Hoc cū illa phantasia
implere nō possit: magisq̄ ꝙ ipsi oculi defi
ciat: siquidē ꝑ ipsos est animo inflicta: ma/
nifestū est ꝛ multū eam differre a veritate:
ꝛ illam dum hec videt nō videri. Hęc dicē/
tur operosius atq̄ subtilius/ cum de intel/
ligendo disserere cęperimus: quę nobis ps
ꝓposita est/ cū de animę vita quicquid sol
licitat/ fuerit/ quantū valemus enucleatū
atq̄ discussum. Non eñ credo te parū for/
midare: ne mors humana etiā si nō interfi/
ciat animā/ rerum tamen omniū/ et ipsius
si qua cōperta fuerit/ veritatis obliuionem
inferat. Aug⁹. Nō potest sat dici quātū
hoc malum metuendū sit. Qualis eñ erit
illa ęterna vita/ vel quę mors non ei ꝑpo/
nēda est/ si sic viuit anima/ vt videmus eā
viuere in puero mox nato: vt de illa vita
nihil dicā quę in vtero agitur: nō eñ puto
esse nullā? Ra. Bono animo esto: Deus
aderit vt iā sentimus quęrētibus nobis: q̄
beatissimū quiddā post hoc corpus/ ꝛ veri/
tatis plenissimū sine vllo mendacio polli/
cetur. Aug⁹ Fiat sicut speramus.

Diui aurelij augustini hipponēsis epī so
liloquiorum liber secundus explicit.

Diui aurelij augustini hippones
sis episcopi/in librū de immortali-
tate anime/ex libro retractationū/
Argumentum.

A (1. Retract. ca. 5.) Post libros soliloquiorū iā de agro
mediolanum reuersus/scripsi librū
de immortalitate anime: quem mi-
hi quasi cōmonitorium esse volueram pro-
pter soliloquia terminanda/ que imperfe-
cta remāserāt: sed nescio quomodo me inui-
to exijt i man⁹ hoim: et inter mea opuscula
nominat̄. Qui primo ratiocinationū cōtor-
sione atq₃ breuitate sic obscur⁹ est/ vt fati-
get cū legitur etiā intentionē meā/vixq₃ in-
B telligatur a me ipso. Deinde cogitans nihil
(De immortali/tate aie. ca. 1. a) aliud q̄₃ animos hoim/in quadā argumen-
(Al. tqui) tatione eiusdē libri dixi: Nec esse i eo quod
C nihil discit disciplina potest. Item qd̄ alio
(De immortali/tate aie. ca. 1. b) loco dixi: Nec vllam rem sciētia cōplectitur
nisi que ad aliā pertinet disciplinā: nec ve-
nit in mentem deū nō discere disciplinā/ ꝛ
habere omniū rex scientiā/in qua etiā pre-
D scientia est futurox. Tale ē et illd̄ qd̄ ibi di-
(De immortali/tate aie. ca. 4. a) ctum est: Nō esse vitā cū ratiōe vlli nisi ani-
me: Neq₃ eñ deo sine ratione vita est: cum
E apud eū/ ꝛ sūma vita/ ꝛ sūma sit rō. Et illud
(De immortali/tate aie. ca. 1. b) qd̄ aliquanto superius dixi: Id qd̄ itelligit̄
eiusmodi esse semꝑ cum intelligat̄ ꝛ anim⁹/
F qui vtiq₃ nō eiusmodi est semꝑ. Quod vero
(De immortali/tate aie. ca. 6. b) dixi: Animū ꝑpterea nō posse ab eterna ra-
tione separari/ q₂ nō ei localiter iungit̄: ꝑfe
cto nō dixissem si iam tūc essē litteris sacris
ita eruditus/ vt recolerē qd̄ scriptū ē: Pec-
(Esaie. 59.) cata vestra separāt inter vos ꝛ deū. Unde
intelligi dat̄ etiā carū rerū posse dici sepa-
tionem que nō locis/sed incorporaliter iun
G cta fuerant. Quid sit etiam quod dixi: Ani-
(De imortalita te aie. ca. 13. b.) ma si caret corpore/in hoc mundo non est:
Nō potui mortuos recordari: Nunqd eñ
anime mortuorū/aut nō carēt corpore/ aut
i hoc mūdo nō sūt? Quasi vero iferi nō sūt
in hoc mundo: Sed q₂ carere corpore in bo
no posui: fortasse noie corporis pestes cor-
poreas appellaui. Qd̄ si ita est/nimis inso-
H lenter ꝟbo vsus sū. Illud quoq₃ temere di-
(De imortalita te aie. ca. 15. a.) ctum est: A summa essētia speciē corpori ꝑ
animā tribui q̄ est i q̄₃tūcunq₃ est: Per ani-
mam ergo corpus subsistit: ꝛ eo ipo est quo
animat̄: siue vniuersaliter vt mundus: siue
ꝑticulariter/ vt vnūqdq₃ animal intra mun
dum: Hoc totum prorsus temere dictū est.

Caplorū libri de imortalitate aie
scti augustini recollecta anotatio.

1 Disciplina q₂ imutabil̄ est/ sꝑ sit neces-
se est: nec in alio esse potest q̄₃ in ani-
mo viuente: Nō enim animus corpo-
re auxiliante itelligit: semper igit̄ ani
mus human⁹ viuit.
2 Harmonia cū sit in corꝑe mutabili/mu
tabilis est: ratio autem immutabilis
aut animus est/ aut in animo: non est
igit̄ harmonia corporis animus/sed
semper viuit: cū mors immutabilib⁹
rebus accidere non possit.
3 Quod ita mouet vt nō mutet̄/non po-
test esse nisi viua substantia: animus
vl̄ virtus in animo ita mouet et ad ea
que nō sunt in agendo per memoriā
et expectationē se extendit/ que sine
vita eē nō possunt: igit̄ animus viua
et immutabilis substantia est.
4 Ars et ratio numerorū immutabilis/ q̄
sine vita esse nō potest/ in animo est:
igit̄ aio vita sempiterna maneat/ ne
cesse est: nec obliuio obstare poterit.
5 Anim⁹ mutat̄ aut scd̄m passiōes corpo
ris/aut scd̄m passiōes ꝑprios: ꝫ neu-
tra facit animū nō esse animū: igit̄ im-
mortalis ē aia ꝛ ratio existēs in ea.
6 Ex natura rationis/ que tribus modis
dicit̄/animus cōuincit̄ esse immorta-
lis: siue ratio sit in animo/ siue anim⁹
in ratione/siue cū ratiōe: quā nihil po
tentius nihilq₃ incōmutabili⁹: a qua
animus nec vi nec volūtate sepatur.
7 Animus ipse et si per stulticiā ad defe-
ctū nihilūq₃ tendat/cōsequens tamē
nō est interire ipsum vt ad nihilū per
ueniat: qd̄ per diuisionē continui in
semper diuisibilia patet.
8 Animus ipse q̄₃q₃ specie aliqua sua pri
uatur dum stultus est/ nō tamen au-
geri potest hec ꝑuatio vt omni modo
specie spoliet animū/et ea labe ad ni-
hil redigat cogatq₃ interire/ cū nec id q̄-
dē i corpore possit accidere: qlibet aūt
animus cuilibet corpori ꝑferend⁹ est.
9 Nec anim⁹ interire pōt ea morte q̄ di-
cunt̄ mortua q̄ vita carent: alias eñ
anim⁹ qui vita ē se ipso carere posset.
10 Anim⁹ nō ē tēperatio corporis/ ꝛ vita
est animus: ꝛ q₂ nulla res seipsam de-
serit/illud autē morit̄ qd̄ vita deserit:
nō igitur animus mori potest.
11 Non falsitas interimere animū potest:
non enim amplius potest animus q̄₃
fallere: at nisi qui viuit/fallit̄ nemo.
12 Animus si ex veritate q̄ summe maxi-
meq₃ ē habet idipsū qd̄ ē: ꝛ nulla res
est qua id amittat/ q₂ nulla res ei est
ꝯtraria qua id habet: nulla eñ essētia
inq̄₃tū essentia habet aliquid ꝯtrariū:

contrariū:non pōt anim⁹ interire.
15 Q͛ anim⁹ in corp⁹ ꝯuerti non poterit: cū eni corpore melior sit/ corpus esse non valet:nec cogi poterit ab aliquo nisi a deo solo/ qui qm̄ anime ꝯsulit/eā in corpus nō conuertit.
14 Q͛ tali cōmutatione corporis qualis somnus est /vsum eiusdē corporis anime/nō vitā ꝓpriā posse minui.
15 Animā in corpus cōmutari non posse alia ratione demonstratur.
16 Anima rōnalis in irrōnalem conuerti non potest. Et quō anima tota sit in toto corpore ꝛ qualibet ei⁹ parte.

Eiusdem diui aurelij augustini hipponēsis epi/de immortalitate anime liber incipit.

Disciplina qꝛ immutabilis est semp sit necesse est: nec in alio esse potest q̄ȝ in animo viuete:non em̄ animus corpore auxiliāte intelligit:semper igitur animus humanus viuit: Ca.i.

A Jalicubi ē disciplina: nec esse nisi in eo qō viuit pōt/ꝛ semp ē: necȝ quicȝ in q̄ q̄d semp est pōt esse nō sp:semp viuit in q̄ est disciplina. Si nos sum⁹ q̄ rōcinamur.i.anim⁹ noster: nec recte rōcinari sine disciplina pōt:nec sine disciplina esse anim⁹ nisi in q̄ disciplina nō est pōt:est in hoīs aīo disciplina. Est aūt alicubi disciplina:nam est:et qcq̄d est/nusq̄ esse non pōt. Itē disciplina nō pōt esse nisi i eo qō viuit:Nihil eni qō nō viuit/aliq̄d discit. Nec esse i eo qō nihil discit disciplina pōt. Itē semp est disciplina. Nā qō est/atcȝ immutabile est:semp sit necesse est. Esse autez disciplinā nemo negat. Et quisq̄s fatet fieri non posse:vt ducta p mediū circulū linea nō sit omniū q̄ non p mediū ducunt maxima: idcȝ esse alicui⁹ discipline: immutabilem disciplinā esse nō negat. Itē nihil in q̄ q̄d semp est/pōt esse nō semp. Nihil eni qō semp est patit sibi subtrahi aliq̄ñ id in quo semp est. Jam vo cū rōcinamur/ anim⁹ id agit. Nō eni id agit/nisi q̄ intelligit:nec corpus intelligit/ nec animus auxiliāte corpe intelligit:qꝛ cum itelligere vult/ a corpore auertit. Qō eni intelligit/eiusmodi est semper:nihilcȝ corpis eiusmodi est semp. Non igit pōt adiuuare animū ad intellectū nitente/cui non impedire satis est. Itē nemo sine disciplina recte rōcinat. Est enim recta rōcinatio a certis ad incertoꝝ indagationē nitens cogitatio: Nihilcȝ certū est i aīo qō ignorat. Omne aūt qō scit anim⁹ in sese habet: Nec vllā rem sciētia cōplectit nisi q̄ ad aliquā pertineat disciplinā. Est eni disciplina quarūcȝ rerū scientia. Semp igit anim⁹ humanus viuit.

Harmonia cū sit i corpore mutabili/mutabilis est:ratio aūt immutabilis/aut anim⁹ est/aut i animo: non est igit harmonia corpis animus/sed semp viuit:cū mors immutabilib⁹ rebus accidere nō possit: Ca.ii.

R Atio ꝑfecto/aut animus est aut in animo. Melior aūt ratio nr̄a q̄ȝ corpus nr̄m:Et corp⁹ nostrū nōnulla substantia est:et melius ē esse substantiā q̄ȝ nihil. Nō est igit ratio nihil. Rursum quecūcȝ harmonia corpis est/in subiecto corpe sit necesse ē insepabiliter: nec aliō quicȝ in illa harmonia esse credat/qō non eque necessario sit in subiecto illo corpe in q̄ ꝛ ip̄a harmonia nō min⁹ īsepabilit. Mutabile est aūt corp⁹ humanū: ꝛ immutabil ratio. Mutabile est eni oē qō semp codē mō nō est. Et semp codē mō est:duo ꝛ q̄ttuor ꝛ sex. Itē semp codē mō est qō est q̄ q̄ttuor habēt duo ꝛ duo:h aūt nō habent duo. Duo igit q̄ttuor nō sunt. Est aūt ista ratio: immutabil igit ratio est. Nullo mō autē pōt mutato subiecto id qō in eo est insepabilit nō mutari. Nō est igit harmonia corporis anim⁹:Nec mors pōt accidere imutabilib⁹ rebus. Semp ergo human⁹ anim⁹ viuit:siue ipse ratio sit/siue in eo ratio insepabiliter.

Quod ita mouet vt nō mutet/nō pōt esse nisi viua substātia:anim⁹ vel virt⁹ in animo ita mouet/et ad ea q̄ nō sunt in agedo p memoriā ꝛ expectationē se extēdit/q̄ sine vita ee nō possunt:igit anim⁹ viua ꝛ imutabilis substātia est: Ca.iii.

Q Vedam cōstātia v̄tus est: ꝛ oīs cōstātia imutabilis ē:et oīs virt⁹ pōt aliq̄d agere: nec cū agit aliq̄d v̄tus nō est. Oīs porro actio mouet/aut mouet. Aut igit nō omne qō mouet/ aut certe non omne qō mouet mutabile est: aut oē qō ab alio mouet nec mouet: ip̄m aliq̄d mortale ē. Necȝ mortale q̄cȝ imutabile. Quare de certo iā ꝛ sine vlla distiūctione ꝯcludit: nō oē qō mouet mutari. Nullus aūt motus sine substātia:ꝛ oīs substātia/aut viuit

Retra. rōcinatio quid sit.
1. Retract. ca.5.c.
1. Retract. ca.5.b.
1. Retract. ca.5.c.

aut nõ viuit:atq; oẽ qd non viuit exanime
ẽ:nec ẽ vlla exanimis actio. Illud igit qd ita
mouet vt nõ muteẽ/ nõ potest esse nisi vi/
ua substantia. Hec aũt ois p quoslibet gra/
Ar. b3† Non aũt oẽ qd cor/ p⁹ mouet mu/ tabile est.
dus corpus mouet†qd mutabile est. Corp⁹
aũt non nisi scdm tẽpus moueẽ:ad hoc eñ
ptinet tardius/ ⁊ celeri⁹ moueri: cõficiẽ esse
quiddã/ qd tpe moueat/nec tñ muteẽ. Oẽ
aũt qd tpe mouet corpus/ tametsi ad vnũ
finem tẽdat/ tñ nec simul potest oia facere:
nec potest non plura facere: neq; eñ valet
q̃uis ope agaẽ/aut pfecte vnũ esse quod in
partes secari põt/ aut vllũ esse sine partib⁹
corp⁹/aut sine morarũ iteruallo temp⁹/aut
vero vel breuissima syllaba denuncieẽ/cui⁹
nõ tũc finẽ audias cũ iam nõ audis initiũ.
Porro qd sic agiẽ/ ⁊ expectatiõe op⁹ est vt
peragi:⁊ memoria vt cõprehẽdi queat q̃tũ
potest. Et expectatio futurarũ rerũ est: pre/
teritarum vero memoria: At intẽtio ad agẽ
dum presentis est tẽporis:per qd futurũ in
preteritũ trãsit:nec cepti mot⁹ corporis ex/
pectari finis põt sine vlla memoria. Quõ
eñ expectaẽ vt desinat/qd aut cepisse exci/
B dit:aut omino motũ esse? Rursus intentio
peragẽdi que p̃sens est/sine expectatiõe fi/
nis qui futur⁹ est/nõ potest esse:nec est q̃cq̃
quod aut nõdũ est:aut iam nõ est. Põt igi/
tur in agendo quiddã esse/qd ad ea q̃ nõdũ
sunt pertineat. Possunt simul in agẽte plu/
ra esse/cũ ea plura que aguntẽ simul esse nõ
possunt. Possunt ergo etiã in mouẽte/ cum
Ar.† ea que mouentur cũ
†in eo qd moueẽ nõ possint. At quecũq; in
tẽpore simul esse nõ possunt/ ⁊ tñ a futuro i
preteritũ trãsmittuntẽ/ mutabilia sint neces/
se est. Hinc iam colligim⁹ posse esse quiddã
quod cũ mouet mutabilia/nõ mutaẽ. Cum
eñ non mutaẽ mouẽtis intẽtio pducẽdi ad
finẽ quem volet corp⁹ quod mouet/illudq;
corpus de quo aliquid fit eodẽ motu p mo
mẽta mutetur: atq; illa intẽtio pficiendi q̃
immutatã manere manifestũ est: ⁊ ipsa mẽ/
bra artificis/⁊ lignũ aut lapidẽ artifici sub/
iectũ moueat/ quis dubitet cõsequẽs esse
quod dictũ est? Nõ igiẽ si qua mutatio cor/
pore mouẽte animo fit/ q̃uis in eã sit intẽ/
tus/ hinc eũ necessario mutari/ ⁊ ob hoc etiã
mori arbitrandũ est. Potest eñ in hac intẽ/
tione simul ⁊ memoriã preteritorũ ⁊ expe/
ctationẽ futurorũ habere/ que oia sine vita
Q: nulla mu/ tatio sine mo/ tu:nõ ois mu/ tatio interitu3 operatur.
esse non possunt: Quãq; ⁊ si nullus interit⁹
sine mutatione sit: ⁊ nulla mutatio sine mo/
tu:nõ tñ ois mutatio iteritũ/oisq; mot⁹ mu
tationẽ operaẽ. Licet eñ ipsũ corp⁹ nostrũ/
⁊ motũ plerũq; q̃libet actiõe/ ⁊ mutatũ cer/
te/vel etate dicere:tamẽ nõdũ iterisse/id est
non esse sine vita. Liceat igiẽ ⁊ animũ non
continuo putare priuari vita:q̃q̃ ei fortas/
se per motũ mutatio nõnulla cõtingat.

Ars et ratio numerorũ imutabilis/que sine vita esse non potest/in animo est: igiẽ animo vita sempiterna maneat/ necesse est: nec obliuio obstare poterit: Ca. IIII.

A
Si eñ manet aliquid immutabile in
animo/quod sine vita esse nõ possit:
animo etiã vita sempiterna mane/
at necesse ẽ: Nam hoc prorsus ita se habet:
vt si primũ est/sit secundũ: Est autẽ primũ:
Quis eñ vt alia omittam/aut rationẽ nu/
merorũ mutabilẽ esse audeat dicere:aut ar/
tem quãlibet non ista ratione constare:aut
artem nõ esse in artifice/ etiã cum eam non
exercet: aut ei⁹ esse/nisi i animo:aut vbi vi/
ta non sit/esse posse:aut qd immutabile est
aliqñ esse nõ posse:aut aliud esse artẽ aliud
rationẽ? Q̃uis eñ ars vna multarũ quasi
quidã cetus rationũ esse dicatur: tñ ars eti/
am vna ratio dici verissime atq; itelligi po/
test. Sed siue hoc/siue illud sit/nõ min⁹ im/
mutabilẽ artem esse cõficiẽ. Artem aũt non
solam esse in aio artificis/sed etiã nusq̃ esse
nisi in aio artific manifestũ est:idq; insepa/
rabiliter: Nam si ars ab aio separabiẽ: aut
erit preterq̃ i animo:aut nusq̃ erit: aut de
animo in animũ cõtinuo trãsibit. At vt se/
des arti nulla sine vita est:ita nec vita cum 1. Retra. c. ca. 5. D.
ratiõe vlli nisi anime. Nusq̃ porro esse qd
est: vel quod immutabile ẽ nõ esse aliqñ nõ
potest. Si vero ars de animo in animũ trã/
sit in illo mãsura/ deserẽs istũ/ nemo artem
docet/nisi amittẽdo: aut etiã nõ nisi docẽt
obliuiõe fit aliquis perit⁹ sine morte. Que
si absurdissima ⁊ falsissima sunt/sicuti sunt:
immortalis est anim⁹ human⁹. Atẽ si ars B
aliqñ est/aliqñ non est in animo:quod per
obliuionẽ/ atq; imperitiã satis notum est:
nihil ad eius immortalitatẽ affert argumẽ/
ti huius cõnexio/ nisi negeẽ antecedẽs hoc
modo: Aut ẽ aliquid in aio quod in presen/
ti cogitatione nõ est:aut non est in erudito
animo ars musica/cũ de sola geometrica co
gitat. Hoc aũt falsum est:illud igiẽ verum.
Non aũt quicq; se habere anim⁹ sentit/nisi
quod in cogitationẽ venerit. Potest igitur
aliquid esse in animo/qd esse in se anim⁹ ip/
se non sentiat: Id aũt q̃diu sit nihil iterest.
Nãq; si diutius fuerit in alijs anim⁹ occu/
patus/q̃ vt intẽtionẽ suam in antecogita/
ta facile possit reflectere/ obliuio vel iperi/
tia nominaẽ. Sed cũ vel nosipsi nobiscum
ratiocinantes/vel ab alio bene interrogati

de quibusdã liberalib⁹ artibus/ea quę inue/
nimus/nõ alibi ꝙ in aĩo nostro iuenimus:
Neqꝫ em̃ idẽ iuenire qḋ facere aut gignere:
alioqn ęterna gigneret anim⁹ inuẽtione tẽ/
porali:nã ęterna sępe inuenit. Quid em̃ tã
ęternũ ꝙ circuli ratio/vel si quid aliud i hu/
iuscemodi artib⁹: Nec nõ fuisse aliqñ/nec nõ
fore cõprehendit. Manifestũ etiã est imor/
talẽ eẽ aim hũanũ:⁊ oẽs veras rõnes i secre
tis ei⁹ eẽ:ꝗuis eas/siue ignoratiõe/siue ob/
liuiõe/aut nõ habere/aut amisisse videat.

**Anim⁹ mutatur/aut scḋm passi-
ones corporis/aut scḋm passiões
proprias: sed neutra facit aim nõ
esse animũ: igitur immortalis est
aĩa et ratio existẽs in ea: Ca. V.**

A n Unc quaten⁹ accipienda sit animi
mutatio videam⁹. Si em̃ subiectũ ẽ
animus arte in subiecto existẽte:ne
qꝫ subiectũ immutari põt/quin id qḋ i sub/
iecto est imutetur:qui possum⁹ obtinere im
mutabilẽ eẽ artẽ atqꝫ rationẽ/ si mutabilis
anim⁹ in quo illa sunt esse conuincit: Quę
aũt maior ꝙ in cõtraria solet eẽ mutatio:et
quis negat animũ/vt omittã cętera/ stultũ
alias/alias vero esse sapientẽ: Prius ergo
quot modis accipiat/ quę dicit animę mu/
tatio/ videam⁹: q̃ vt opinor manifestiores
dũtaxat clarioresqꝫ nobis duo sũt genere:
specie vero plures inueniuntur: Naqꝫ aut
scḋm corporis passiones:aut scḋm suas aĩa
dicit immutari. Scḋm corporis: vt p ętates
per morbos/p dolores/labores/offensiões/
per voluptates. Scḋm suas aũt: vt cupiẽ/
do/lętãdo/metuẽdo/ęgrescendo/studendo/
discẽdo. Hę oẽs mutatiões/si nõ necessa/
rio argumẽto sunt mori animã:nihil quidẽ
metuẽdę sunt p se ipsę separatim:sed ne ra/
tioni nostrę aduersent:q2 dictuz est/ muta/
to subiecto oẽ qḋ in subiecto est necessa/
rio mutari/ vidẽdũ est. Sed nõ aduersant:
Nã illud scḋm hãc mutationẽ subiecti di/
cit per quã oĩno mutare cogit nomẽ. Nã si
ex albo cęra nigrũ colorẽ ducat aliũde/ nõ
min⁹ cera est:et si ex quadrata rotundã for/
mã sumat/⁊ ex molli durescat/ rigescatqꝫ ex
calida: at ista in subiecto sunt: ⁊ cęra subie/
ctũ: Manet aũt cęra nõ magis min⁹ve cę/
B ra cũ illa mutent. Potest igit aliqua muta/
tio fieri eorũ quę i subiecto sunt/ cũ ipsũ tñ
iuxta id qḋ hẽ ac dicit/ non mutet. At si eo/
rũ q̃ in subiecto sunt/tãta cõmutatio fieret/
vt illud qḋ subesse dicebat/ dici iã oĩno nõ
posset: veluti cũ calore ignis cęra in auras
discedit/eãqꝫ mutationẽ patit vt recte itel/
ligat mutatũ eẽ subiectũ/qḋ cęra erat: ⁊ cę/
ra iã nõ ẽ:nullo mõ aliq̃ rõne q̃cꝙ eorũ q̃ in
illo subiecto ideo erãt:quia hoc erat/manẽ/
re putaret. Quãobrẽ si aĩa subiectũ ẽ/vt su
pra dixim⁹/i quo ratio inseparabilit ea ne/
cessitate quoqꝫ qua in subiecto eẽ mõstrat:
nec nisi viua aĩa põt eẽ anima:nec in ea ra/
tio põt eẽ sine vita:⁊ imortalis rõ/immor/
talis est aĩa. Prorsus em̃ nullo pacto nõ ex/
istẽte subiecto suo immutabilis rõ pmane/
ret. Qḋ eueniret/ si tãta accideret aię muta
tio/vt eã nõ aiam faceret/ id est mori coge/
ret. Nulla autẽ illarũ mutationũ quę siue p
corp⁹ siue p ipsaz aiam fiũt: ꝗuis vtrũ ali/
quę p ipsã fiant/id est quarũ ipsa sit causa:
nõ parua sit q̃stio:id agit vt aiam nõ aiam
faciat. Jam igit nõ solum per se/verum nec
nostris rationibus formidandę sunt.

**Ex natura rationis/que tribus
modis dicit/animus cõuincit esse
immortalis: siue ratio sit i aĩo/siue
anim⁹ in ratione/ siue cũ ratione:
qua nihil potenti⁹ nihilqꝫ incõmu-
tabilius: a qua animus nec vi nec
voluntate separatur: Ca. VI.**

e Rgo incũbendũ oib⁹ rõcinãdi viri/ A
bus video: vt ratio quid sit:⁊ quoti
ens definiri possit sciat: vt scḋm oẽs
modos ⁊ de aię immortalitate cõstet. Ra/ Ratio q̃d sit.
tio est aspect⁹ animi/quo p se ipsũ/nõ p cor/
pus verũ intuet: aut ipsa veri cõtemplatio/
nõ per corpus/aut ipsũ verũ qḋ contẽplat.
Primũ illud in aĩo esse nemo ambigit. De
secũdo ⁊ tertio q̃ri põt:sꝫ ⁊ secũdũ sine aĩo
esse nõ potest. De tertio magna quęstio est:
vtrũ veruz illud qḋ sine instrumẽto corpo/
ris anim⁹ intuet sit per seipsũ/⁊ nõ sit i aĩo:
aut possit eẽ sine aĩo. Quo q̃libet mõ autẽ
se habeat: nõ id posset cõtẽplari anim⁹ per
seipsũ nisi aliqua ꝯiũctione cum eo: Nã oẽ
qḋ ꝯtẽplamur/ siue cogitatiõe capim⁹/aut
sensu/aut intellectu capim⁹. Sed ea quę sen
su capiunt:extra etiã nos esse sentiunt:⁊ lo
cis continent:vñ nec pcipi quidẽ posse af/
firmant: Ea vero quę intelligunt/nõ quasi
alibi posita intelligunt ꝙ ipse q̃ intelligit
anim⁹:simul em̃ etiã intelligunt nõ conti/
neri loco. Quare ista ꝯiũctio intuentis ani/
mi/⁊ eius veri qḋ intuet:aut ita est/vt sub/
iectũ sit anim⁹: verũ autẽ illud in subiecto:
aut cõtra subiectũ verũ/⁊ i subiecto anim⁹:
aut vtraqꝫ substãtia. Hoꝝ aũt triũ si primũ
est: tã est immortalis anim⁹/ ꝙ ratio scḋm
superiorem disputationeꝫ/ q̃ inesse illa nisi
viuo nõ põt. Eadẽ necessitas in secũdo est:
Nã si verũ illud qḋ ratio dicit/ nihil habet
cõmutabile sic apparet:nihil cõmutari põt
qḋ i eo tãꝙ i subiecto ẽ. Remanet igit oĩs
pugna de tertio. Nã si anim⁹ suba ẽ:⁊ suba

rōni cōiūgit: nō absurde ꝗs putauerit fieri posse/ vt manēte illa h̄ esse desinat. Sȝ manifestū ē: ꝙdiu anim⁹ a rōne nō separat̄ eiq; coheret/ necessario eū manere atq; viuere.

B Separi autē ꝗ tandē vi pōt? Nū corporea: cui⁹ z potētia infirmior z origo iferior z ordo sepatior? Nullo mō. Aiali ġ? Sȝ etiā id quō? An alter anim⁹ potētior ꝗsqs ē/ cōtēplari rōnē nō pōt nisi alterū ide sepauerit? At neq; rō cuiq; ꝯtēplāti defuerit/ si oēs cōtemplent̄/ z cū nihil sit ipsa rōne potēti⁹: ꝗ nihil est incōmutabili⁹: nullo pacto erit animus nōdū rōni ꝯiūct⁹ eo ꝗ ē cōiunct⁹ potētior. Restat vt aut ipa rō a seipa se separet: aut ipe anim⁹ ab ea volūtate separet̄. Sed nihil ē i illa natura inuidētie/ ꝗ min⁹ fruēdū se anim⁹ ꝑbeat. Deinde ꝗ magl' est eo ꝗcꝗd sibi ꝯiūgit̄ facit vt sit: cui rei ꝯtrari⁹ ē interi⁄tus. Volūtate aūt animū separi a rōne nō min⁹ absurde ꝗs diceret/ si vlla ab inuicem sepatio posset cē rer̄ ꝗs nō ꝯtinet loc⁹. Qð quidē dici aduersus oia superiora pōt ꝗb⁹ alias ꝯtradictiōes opposuim⁹. Quid ergo? Jam ne cōcludendū est animū esse imortalē? An etiā si separi nō pōt/ extigui pōt? At si illa rōnis vis ipsa sua ꝯiūctiōe afficit animū: neq; eī nō afficere pōt: ita ꝓfecto afficit vt ei esse tribuat. Est eī maxime ipa rō: vbi sūma etiā incōmutabilitas intelligit̄. Jtaq; ꝗcūq; ex se afficit/ cogit esse ꝗdā mō. Nō ġ extingui anim⁹ pōt/ nisi a rōne sepatus. Separi aūt nō pōt: vt sup̄ rōcinati sumus. Non potest igit̄ interire.

1. Retract. ca. 5.

Anim⁹ ipe z si p stulticiā ad defectū nihiluq; tēdat/ cōsequens tñ nō est interire ipm vt ad nihilū ꝑueniat: qð p diuisionē cōtinui in semp diuisibilia patet: Ca. VII.

Q ēim auersio ipa a rōne p quā stulticia ꝯtigit aio/ sine defectu ei⁹ fieri nō pōt: si eī magl' ē ad rōnē cōuersus eiq; inhereʒ iō ꝙ inheret incōmutabili rei qð est veritas/ ꝗ z maxime z ꝑmu⁹ est: cū ab ea est auersus idipm esse min⁹ habet/ qð ē deficere. Ois aūt defect⁹ tēdit ad nihilum: et interitū nullū magl' ꝓprie oportet accipi/ ꝗ cū id qð aliꝗd erat nihil fit. Quare tēdere ad nihilū/ est ad interitum tēdere. Qui cur nō cadat in animū/ vix ē dicere in quē defect⁹ cadit. Dant̄ h̄ cetera. Sȝ negat̄ cē ꝯñs interire id qð tēdit ad nihilū. i. ad nihilū puenire. Qð i corpe ꝗs aiaduerti pōt: Nā qm̄ qðlibet corp⁹ ps est mūdi sensibil': et ideo quāto maius ē locis plus occupat tāto magl' ꝓpinꝗt vniuerso: ꝙtoq; id magl' facit/ tāto maius est. Maius est eī totū ꝗ pars. Quare etiā min⁹ sit cū minuit̄ necesse

Q ois defectus tēdat ad nihilum.

est. Defectū ġ patit̄ cū minuit̄. Porro autē minuit̄/ cū ex eo aliꝗd ꝑcisione detrahit̄. Ex ꝗ ꝯficit̄ vt tali detractione tēdat ad nihilū. At nulla ꝑcisio pducit ad nihilū. Ois enim ps ꝗ remanet corp⁹ est: z ꝗcꝗd h̄ ē/ ꝙtolibet spacio loci occupat. Neq; id posset/ nisi haberet ptes i ꝗs identidē cederet̄. Pōt igit̄ infinite cedēdo infinite minui/ et iō defectū pati atq; ad nihilu ȝ tendere: ꝙuis puenire nunꝗ ꝗat. Qð itē de ipso spacio et ꝗlibet interuallo dici atq; intelligi pōt: Nam z de his etiā terminatis/ dimidiaȝ/ v.bi.gra ptē detrahēdo/ z ex eo qð restat sp̄ dimidia minuit̄ interuallū/ atq; ad finē ꝓgredit̄: ad quē tñ nullo puenit̄ mō: Quo min⁹ h̄ de aio formidādū ē. Est eī ꝓfecto corpore melior et viuacior/ a quo huic vita tribuitur.

Animus ipe ꝙq; specie aliꝗ sua ꝑuat̄ dū stultus ē/ nō tñ augeri potest hec ꝑuatio vt omni mō specie spoliet animuȝ/ z ea labe ad nihil redigat cogatq; interire/ cū nec id ꝗdē i corpe possit accidere: ꝗlibet autem anim⁹ cuilibet corpori preferendus est: Ca. VIII.

Q uod si nō id qð est in mole corporis/ A ꝗ id qð i specie facit corp⁹ eē: ꝗ inlatinuictiore rōne approbat̄: tanto eī magl' ē corp⁹/ ꝙto speciosi⁹ ē atq; pulchri⁹: tātoq; min⁹/ ꝙto fedius ac deformi⁹: Que defectio nō ꝑcisiōe molis/ de ꝗ iā satis actū ē/ sȝ speciei ꝑuatiōe ꝯtigit: ꝗrēdū de hac re diligent ac discutiēdū ē: ne ꝗs affirmet aim tali defectu interire: vt qm̄ specie aliqua sua ꝑuat̄ dū stult⁹ ē/ credat̄ itantū augeri posse hāc priuationē vt oimō specie spoliet aim/ z ea labe ad nihilū redigat cogatq; iterire. Quāobrē si potuerim⁹ ipetrare vt oñdat̄ ne corpi ꝗdē h̄ posse accidere vt etiā ea specie ꝑuet̄ ꝗ corp⁹ ē: iure fortasse obtinebim⁹ multo min⁹ auferri posse aio ꝗ anim⁹ ē. Siquidē nemo se bñ inspexit ꝗ nō oi corpi ꝗlēlibet animū ꝑponendū esse fateat̄. Sit igit̄ nr̄e rōcinationis exordiū: ꝙ nīla res se facit aut gignit: alioqn erat aliꝗ eēt. Qð si falsū ē: illō ē verū. Jtē qð factū ortū ve nō ē/ z tñ est/ sempiternū sit necesse ē. Quā naturā z excellētiā ꝗsqs vlli corpi tribuit/ vehemēter errat ꝗdē. Sȝ ꝗd pugnam⁹? multo eī magl' eā dare aio cogimur. Jta si corp⁹ vllū ē sempitnū: nllus anim⁹ nō sempitn⁹ ē. Qm̄ quibet animus cuilibet corpi ꝑferēdus ē: z oia sempitna nō sempitnis. At si qð vere dr̄ factū est corp⁹/ aliꝗ faciēte factū ē: nec eo inferiore: Neq; eī eēt potēs ad dādū ei qð faceret ꝗcꝗd illud ē qð est/ id qð faciebat. Sȝ ne pari ꝗdē: oportet eī faciētē meli⁹ aliꝗd

Ar. 1 ricinioꝛe

Q nlla res se ipsam gignat aut faciat.

habere ad faciēdū/ q̄ est id qd̄ facit. Nā de gignēte nō absurde dr̄ h̄ cū eē qd̄ ē illd̄ qd̄ ab eo gignit. Uniuersū igit corpꝰ ab aliq̄ vi: ⁊ natura potētiore atq̄ meliore factū ē: nō vtiq̄ corporea: Nā si corpꝰ a corpe factū ē/ nō potuit vniūsum fieri. Uerissimū est eñ qd̄ i exordio rōcinatiōis huiꝰ posuimꝰ/ nullā rem a se posse fieri. Hec aūt vis ⁊ natura icorporea effectrix corpis vniuersi p̄sente potētia tenet vniuersū. Nō eñ fecit atq̄ discessit/ effectūq̄ deseruit. Ea q̄ppe suba q̄ corpꝰ nō ē: neq̄ (vt ita dicā) localit mouet: vt ab ea suba q̄ locū obtinet separi q̄at: et illa effectoria vis vacare nō pōt q̄n id qd̄ ab ea factū ē tueat ⁊ specie carere nō sinat: q̄ ē i q̄tūcunq̄ ē. Qd̄ eñ p se nō ē/ si deserat ab eo p qd̄ est: pfecto nō erit: ⁊ nō possumꝰ dicere id accepisse corpus cū factū ē vt seipso iā cōtentū eē posset: etiā si a cōditore desereret. Quā q̄ si ita ē/ magꝰ id h̄z animꝰ quē corpi p̄stare manifestū ē: Atq̄ ita ō primo imortalis pbat/ si pōt eē p seipm̄. Quicq̄d eñ tale ē/ icorruptibile sit necesse est: ac p h̄ interire nō possit: q̄ nihil se deserit. Sz corporis mutabilitas i pmptu ē qd̄ ipsiꝰ vniuersi corpis vniuersus motus satꝰ indicat. Uñ diligēter inspiciētibꝰ q̄tū talis natura inspici potest/ ordinata mutabilitate id qd̄ mutabile ē mutari repit. Qd̄ aūt p se ē/ ne ī motū q̄dē h̄z vllū/ oī copia sibi seipo existēte: q̄ motus oīs ad aliud ē: cuiꝰ indiget qd̄ mouet: Adest igit spēs vniuerso corpi meliore natura sufficiēte atq̄ obtinēte q̄ fecit: Quare illa mutabilitas nō adimit corpori corpꝰ esse: sz de spē i speciē trāsire fac motu ordinatissimo. Nō eñ q̄piā eiꝰ ps ad nihilū redigi sinit: cū totū capescat vis illa effectoria nec laborāte nec deside potētia/ dās vt sit oē qd̄ p illā ē inquātū est. Q̄obrē nemo tā deuius a rōne debet eē: cui aut nō sit certū corpe aim esse meliorē: aut q̄ h̄ ꝯcesso arbitret corpi nō accidere vt corpꝰ nō sit: aīo accidere vt animꝰ nō sit. Qd̄ si non accidit neq̄ animꝰ esse nisi viuat potest: nunq̄ pfecto animus moritur.

Al. ī motu q̄dem opus habet vllo.

Mutabilitas nō adimit corpori corpꝰ esse.

Nec animus interire pōt ea morte qua dicunt mortua q̄ vita caret: alias enim animus qui vita est seipso carere posset: Ca. ix.

q Uod si q̄sq̄ nō eū interitū dicat formidādū aīo/ q̄ efficit vt nihil sit qd̄ aliq̄d fuit: s; eū q̄ dicimꝰ/ ea mortua q̄ vita carēt: attēdat q̄ nlla res seipā caret. Est aūt animꝰ vita q̄dā: vñ oē qd̄ aīatū ē/ viuit. Oē aūt iaīatū qd̄ aīari pōt/ mortuū .i. vita puatū itelligit. Nō g̃ pōt animꝰ mori. Nā si carere vita poterit vita/ nō animꝰ s; aīatū aliq̄d ē. Qd̄ si absurdū ē: mlto minꝰ h̄ genꝰ iteritꝰ timēdū ē aīo/ qd̄ vite certe nō ē timēdū. Nā prsus si tūc morit animꝰ cū eū deserit vita illa: ipā vita q̄ hūc deserit mlto meliꝰ itelligit animꝰ: vt iā h̄ sit animꝰ q̄cq̄d a vita deserit/ s; ea ipā vita q̄ deserit. Quicq̄d eñ vita desertū mortuū dr̄ id ab aīa desertū itelligit: hec aūt vita q̄ deserit ea que moriūtur/ q̄ ipsa est animꝰ/ et seipsam nō deserit/ non moritur animus.

Animꝰ nō ē tpatio corpis/ ⁊ vita est animꝰ: ⁊ q̄ nulla res seipāz deserit: illd̄ aūt morit qd̄ vita deserit: nō igit animꝰ mori pōt: Ca. x.

n Isi forte vitā tpationē aliquā corporꝰ/ vt nōnulli opīati sūt/ debemꝰ credere. Quibꝰ pfecto nūq̄ h̄ visū eēt: si ea q̄ vere sūt ⁊ icōmutabilia pmanēt/ eodē aīo a corpe ꝯsuetudine alienato atq̄ purgato videre valuissent. Quis eñ bñ se inspiciēs/ nō expꝰ ē tāto se aliq̄d itellexisse sinceriꝰ/ q̄to remouere atq̄ subducere intētionē mētꝰ a corpis sensibꝰ potuit: Qz si tēperatio corpis eēt animꝰ/ nō vtiq̄ id posset accidere. Nō eñ ea res q̄ naturā ppriā nō haberet neq̄ suba eēt/ s; i sbiecto corpe tāq̄ color ⁊ forma insepabilit inesset: vllo mō se ab eodē corpe ad intelligibilia pcipiēda conaret auertere: et inq̄tū id posset/ intm̄ illa posset intueri: eaq̄ visiōe melior ⁊ p̄stātior fieri. Nullo q̄ppe mō forma vel color/ vł ipā etiā corpis tpatio: q̄ certa cōmixtio ē eaꝝ q̄tuor naturarū q̄bꝰ idē corpꝰ subsistit: auertere se ab eo pōt i q̄ subiecto ē insepabilit. Ad h̄ ea q̄ itelligit animꝰ cū se auertit a corpe: nō sūt pfecto corporea: ⁊ th̄ sūt maxime q̄ sūt: nā eodē mō sp̄ sese habēt. Nā nihil absurdius dici pōt q̄ ea eē q̄ oculꝰ videmꝰ/ ea nō eē q̄ itelligētia cernimꝰ: cū dubitare demētis sit/ itelligētiā incōpabilit oculꝰ anferri. Hec aūt q̄ intelligūt eodē mō esse habētia cū ea ituet animꝰ/ satꝰ ondit se illꝰ eē ꝯiūctū/ miro q̄dā eodēq̄ icorpabili mō/ scz nō localiter: Nāq̄ aut i illo sūt/ aut ipe i illis. Et vtrūlibet hoꝝ sit aut i subiecto alterū i altero ē: aut vtrūq̄ suba ē. Sz si illd̄ pmū nō ē i subiecto corpe animꝰ vt color ⁊ forma: q̄ vł ipē suba ē: vł alteri sube q̄ corpꝰ nō ē i subiecto iest. Si aūt h̄ secūdū verū ē: nō ē i subiecto corpe tāq̄ color animꝰ: q̄ suba ē. Tēpatio aūt corpis i subiecto corpe ē tāq̄ color. Nō est g̃ tēperatio corpis animꝰ s; vita ē animꝰ. Et si nlla res se deserit: ⁊ id moritur qd̄ vita deserit: Non igit animꝰ mori potest.

Nō falsitas interimere animum pōt: nō eñ ap̄liꝰ pōt animꝰ q̄ fallere: at nisi q̄ viuit/ fallit nēo: Ca. xi.

Ursus igit si qd metuēdū ē/ id ē me/
r tuēdū ne deficiēdo anim⁹ itereat. i.
dū ipa existēdi specie puat. De q̄ re
q̄q̄ satis ee dictū arbitrer: ⁊ q̄ hoc fieri nō
possit certa ratione mostratū sit: tñ etiā hoc
attēdendū ē: nō esse aliā causā hui⁹ formi/
dinis/ nisi q: fatendū est in defectu quodā
esse aim stultū: ⁊ i essentia certiore atq̄ ple/
niore sapientē. Sz si qd nemini dubiū est:
tūc est anim⁹ sapientissim⁹/ cū veritatē q̄ sp
eodē mō ē ituet/ eiq̄ imobil īheret diuino
amore piūct⁹: ⁊ illa oim q̄ q̄quomō sūt sum/
me maximeq̄ ē: aut ab illa ē anim⁹ inquā/
tū ē/ aut p seipsū ē. Sz si p seipsū ē qm̄ ipse
sibi causa existēdi ē/ ⁊ nūq̄ se deserit/ nunq̄
interit: vt supra etiā disputauim⁹. Si vero
ex illa: diligēter op⁹ est querere q̄ res ei pos/
sit esse cōtraria/ q̄ aio auferat animū esse qd
illa pbet. Quid est igit? An forte falsitas:
q: illa veritas? Sz nō manifestū est atq̄ in
pmptu situ/ quātū nocere aio falsitas pos
sit. Nū enī ampli⁹ pōt q̄ fallere? At nisi qui
viuit/ fallit nemo. Nō igit falsitas iterimere
animū pōt. Qz si hec nō pōt q̄ cōtraria ve/
ritati est/ auferre aio animū esse qd ei veri/
tas dedit: ita enī ē iuictissima vitas/ qd ali/
ud inenit quod auferat aio id qd ē anim⁹?
Nihil pfecto. Nā nihil ē cōtrario valētius
ad id auferēdū qd fit ab ei⁹ cōtrario.

Anim⁹ si ex veritate que summe maximeq̄ est habet idipsū qd est: et nulla res est qua id amittat/ q: nulla res ei est cōtraria qua id habet: nulla em̄ essentia inq̄tū essentia habet aliquid cōtrariū: nō potest animus interire: Ca. XII.

T si veritati cōtrariū ita queram⁹:
a vt nō inquātū veritas ē/ sed inquā/
tū sūme maximeq̄ ē: q̄q̄ intātū est
idipsū inquātū est veritas: siquidē veritatē
eā dicim⁹ qua vera sūt oia/ inquātumcūq̄
sūt: intantū aūt sunt inquātū vera sunt: tñ
nullo mō id defugerim qd mihi euidēti⁹ suf
fragat. Nā si nulla essentia inquātū essētia
est/ aliqd habet cōtrariū: multo min⁹ habet
cōtrariū pma illa essētia q̄ dicit veritas i/
quātū essentia ē. Primū autē verū est: Ois
em̄ essentia nō ob aliud essētia est/ nisi q: ē.
Esse aūt nō habet cōtrariū/ nisi non esse: vñ
nihil ē essentie cōtrariū. Nullo mō igit res
vlla esse pōt cōtraria illi substātie q̄ maxi/
me ac pmit⁹ est. Ex q̄ si habet animus idip/
sum qd est: nō em̄ aliūde hoc habere pōt: q̄
ex se nō habet: nisi ab illa re q̄ illo ipso ē aio
pstātior: nulla res est q̄ id amittat: q: nulla
res ei rei ē cōtraria q̄ id habet: ⁊ ppterea eē
nō desinit. Sapientiā vero/ q: couersionē
habet ad id ex q̄ ē/ auersatiōe illā pōt amit/
tere. Cōuersiōi nāq̄ auersio ptraria est: Il/
lud vero qd ex eo habet cui nulla res est cō/
traria/ non est vñ possit amittere. Non igi/
tur potest interire.

Qz anim⁹ in corpus cōuerti non poterit: cū em̄ corpore melior sit/ corpus esse nō valet: nec cogi poterit ab aliquo nisi a deo solo/ q̄ qm̄ anime consulit/ eā in corpus nō cōuertit: Ca. XIII.

Ic forte oborit nōnulla q̄stio: vtrū A
b sic nō iterit anim⁹/ ita nec in deteri/
orē cōmutet essētiā. Uideri em̄ cui/
piā pōt/ neq̄ iiuria id effectū esse rōcinatiōe
hac/ vt anim⁹ ad nihilū nō possit puenire: cō
uerti aūt i corp⁹ forsitā possit. Si em̄ qd erat
añ anim⁹ corp⁹ fuerit effectū: nō vtiq̄ oino
nō erit. Sz h fieri nō pōt/ nisi aut ipse id ve
lit aut ab alio cogat. Nec ptinuo tñ anim⁹/
siue ipe id appetierit/ siue coact⁹ fuerit pote/
rit corp⁹ eē. Illd em̄ seqt: vt si sit/ velit/ aut
cogat. At illud nō sequit: vt si velit/ aut co/
gat/ sit. Nūq̄ aūt volet. Nā ois ei⁹ appetit⁹
ad corp⁹/ aut vt id possideat ē: aut vt viui/
ficet: aut vt quodāmō fabricet: aut q̄libet
pacto ei cōsulat. Nihil aūt horū fieri pōt/ si
non sit corpe melior. At si erit corp⁹/ melior
corpore pfecto nō erit: Nō igit corpus esse
volet. Neq̄ vllū rei hui⁹ certi⁹ argumētū ē/
q̄ cū seipsū hic iterrogat anim⁹. Ita em̄ fa/
cile cōperit appetitū se nō habere/ nisi agē/
di aliqd/ aut faciēdi/ aut sentiēdi/ aut vl tā/
tūmō viuēdi inquātū sua illi potestas ē. Si
aūt cogit corp⁹ esse/ a quo tādē cogit? A q̄li
bet certe/ a potentiore. Non q̄ ab ipo corpe
cogi pōt. Nullo em̄ mō/ vllo aio vllū corp⁹
potēti⁹. Potētior aūt animus nō cogit in
aliqd nisi qd sue potestati sbditū ē. Nec vl/
lo mō anim⁹ potestati alteri⁹ animi/ nisi su/
is cupiditatib⁹ subdit. Cogit q̄ ille animus
nō āpli⁹ q̄ q̄tū ei⁹ quē cogit cupiditates si/
nūt: Dictū ē aūt† cogi nō posse aim/ vt cor/ Al.† cupiditatem non posse aim cogere.
pus sit. Illud etiā manifestū ē ad nullā sue
cupiditatis expletionez puenire dū amittit
oēm cupiditatē: ⁊ admittit dū corp⁹ fit. Nō
igit pōt ab eo cogi vt fiat: q̄ cogēdi ius nisi
p sbditi cupiditates nō habet. Deide q̄sq̄s
anim⁹ alterū aim habet i ptāte/ magl cū ne/
cesse ē velit i ptāte habere/ q̄ corp⁹/ ⁊ ei vel
bonitate psulere/ vl malicia ipentare. Nō q̄ B
volet vt corp⁹ sit. Postremo iste anim⁹ co/
gēs: aut aial ē/ aut caret corpe. Sed si caret
corpe/ in h mūdo nō est. Et si ita est/ summe
bonus est: nec potest velle alteri tam turpē
cōmutationē. Si autez ainmal est/ aut aial
ē etiā ille quē cogit/ aut nō ē. Sz si nō ē/ ad

Ita q̄z rectissime a dialecticis dictum est: ambiguū esse omne verbū. Nec moveat q̄ apud ciceronē calumniator hortensius huiusmodi ambigua se audere explicare/ dilucide oīe verbum ambiguuz esse dixit. Quomodo igitur ambigua ambiguis explicabunt? Hic huius est in tenebris extinctum lumen inferre/ facile quidem atq̄z callidum dictum. Sed hoc est quod apud eundem ciceronem sceuola dicit antonius. Deniq̄z vt sapientibus diserte/ stultis etiam vere videaris dicere. Quid enim aliud loco illo facit hortēsius/ nisi acumine ingenij et labore sermonis/ quasi merato et suavi poculo imperitis caliginem offudit? Quid enī dictum est: omne verbum ambiguuz esse? De singulis verbis dictum est: Explicant ambigua disputando: et nemo vtiq̄z verbis singulis disputat. Nemo igitur ambigua verba vbis ambiguis explicabit: Et tamen cum omne verbū ambiguū sit: nemo verbum ambiguū nisi verbis/ sed etiam coniuncta/ que iam ambigua non explicabit: Vt enī si diceretur: Omnis miles bipes est: non ex eo sequeretur/ vt cohors ex militibus pedibus ita constaret. Et cum dico: ambiguum omne verbum: non dico sententiam/ non disputationem/ que verbis ita texantur: Omne igitur ambiguum verbum non ambigua disputatione explicabitur. Nunc ambiguitatū genera videamus. Que prima duo sūt: Vnū in his etiam que dicuntur: alterū q̄ in his solis que scribuntur/ dubitationem facit: Nam si quis audierit acies/ et si quis legerit/ poterit incertū habere/ nisi per sententiam clarescat: vtrum acies militū/ an ferri/ an oculorū dicta vel scripta sit. At vo si quis inveniat scriptū/ verbi causa/ leporē: nec appareat qua sententia positū sit: profecto dubitavit/ vtrū penultima huius verbi syllaba ꝓducēda sit/ ab eo quod ē lepos/ an ab eo quod est lepus. Quam scilicet nō pateretur ambagē/ si accusativū huius nominis casum voce loquentis acciperet. Qz si quis dicat loquentē male ꝓnunciare potuisse: iā non ambiguitate/ sed obscuritate impediretur auditor. Ex illo tamē genere quod ambiguo simile est: quia male latine ꝓnunciatū verbū/ nō in diversas rationes trahit cogitātē/ sed ad id quod apparet impellit. Cū igit̄ ista duo genera inter se plurimū distent: primū genus rursus i duo dividitur: Nam quicquid dicit̄/ τ p plura intelligi potest: eadem scilicet plura: aut vno vocabulo τ vna interp̄tatione/ aut tn̄ vno tenent̄ vocabulo/ s̄ diversis expeditionib⁹.

B

Genera ambiguitatū duo

Principia Dialectice

explicātur. Ea q̄ vna definitio pōt includere / vniuoca noīantur: Illis aūt q̄ sub vno noīe necesse est definire diuerse / equoci nomen est. **C** Prius eñ ꝯsideremus vniuoca / vt quō genus hoc iā patefactū est / illustretur exemplis. Hominē cū dicimus / tā puerum dicimus q̄ senē: tam stultū q̄ sapientē: tā magnū q̄ paruū: tam ciuem q̄ peregrinū: tam vrbanum q̄ agrestē: tam qui iam fuit q̄ qui nunc est: tam sedentē q̄ stantē: tam diuitem q̄ pauperē: tam agentē aliquid q̄ cessantē: tam gaudentē q̄ merentē / vel neutrum: Sed in his omnibus dictionib⁹ nihil est qd̄ non vt hoīs nomen accepit: ita etiā hominis definitione claudatur: Nā definitio hoīs est / aīal rationale / mortale: viuentem tñ / non etiam senem et puerū ⁊c. aut sapientem esse tñ / non etiam stultum: immo ⁊ ista ⁊ cetera que numerata sunt / sicut hominis nomine / ita etiā definitiōe continētur: Nam siue puer / stultus / siue paup / siue etiā dormiens: si animal rationale mortale non est / nec homo est. Est aūt homo: illa ita definitione contineatur necesse est: ⁊ de ceteris quidē nihil ambigitur: De puero autem paruo aut stulto aut prorsus fatuo: aut de dormiente vel ebrio vel furenti dubitari potest / quomō possunt esse animalia rationalia: etiā omnino defendi / sed ad alia ꝑperātibus longū est ad id qd̄ agitur: Illud satis: nō esse istā definitionē hominis rectā / ratā / nisi et omnis homo eadē contineat / et ꝑpter hominē nihil. Hec sunt igitur vniuoca: que non solū nomine vno / sed vna etiam eiusdē nominis definitione claudūtur: q̄uis et inter se ꝓpriis nominibus ⁊ definitionibus distingui psīt. Diuersa eñ nomina puer / adolescēs / diues ⁊ pauper / liber ⁊ seruus / ⁊ si quod aliud differentiarū ē / et inter se ideo ꝓprias definitiones habebit: Sed vt illis vnū cōmune nomen est homo: sic animal rationale mortale definitio vna cōmunis est.

De ambiguitatibus equiuocorum diuersorū generum: Ca. x.

A Nunc equiuoca videamus / in quibus ambiguitatū perplexio ꝓpe siluescit: Conabor tamē eas in genera certa distinguere. Utrū autē conatuz meū hec facultas sequit / tu iudicabis. Ambiguitatū igitur que ab equiuocis veniūt primo genere tria sunt. Unū ab arte / alterū ab vsu / tertium ab vtroq̄. Arte nunc dico / ꝑpter nomina que in verborū disciplinis verbis imponūtur. Aliter eñ definit apud grāmaticos quid sit equocū: et tamen hoc vnū qd̄ dico / tullius: ⁊ nomen est / ⁊ pes dactylus / ⁊ equiuocū. Itaq̄ si qs ex me efflagitet vt definiā quid sit tullius: cuiuslibet notionis explicatione respondeo. Possum eñ recte dicere: Tullius nomen est quo significatur hō: summ⁹ quidē orator: q̄ catelinę coniurationē consul oppssit. Subtilit attende me nomen ipsum definisse: Nam si mihi tulli⁹ ipse / qui si viueret / digito mōstrari potuisset / definiendū foret: Nō dicerem: tullius est nomen quo significatur homo / sed dicerē: tullius est homo: et ita cetera adiungerē. Itē respondere possum: hoc nomē tullius est dactylus / his litteris constans: quod eñ eas litteras opus est innuere: Licet eñ illō dicere: Tullius est ṽbū: ꝑ qd̄ equiuocātur inter se oīa cū hoc ipso que supra dicta sūt: ⁊ si quid aliud inueniri potest: Sed dico: Cum q̄ hoc vnū quod dixi: tulli⁹ / s̄m artiū vocabula tā varie mihi licuit definire: qd dubitam⁹ esse ambiguorū genus ex equocis veniētiū / qd̄ dici possit ex arte ꝯtingere? **B** Diximus eñ equoca esse / que nō vt vno nomine / ita etiā vna definitione psīt teneri. Uñ nūc alterū genus est / quod ex loquēdi vsu venire memorauim⁹. Usum nunc appello illud verbū / ꝑpter qd̄ ṽba cognoscimus. Quis eñ ṽba ꝑpter ṽba conquirat ⁊ colligat? Itaq̄ iam constitue aliquē sic audire / vt notū ei sit nihil de partibus orationis / aut de metris queri: aut de ṽboꝝ aliqua disciplina: tamē adhuc potest cū dicit / tulli⁹ / equiuocoꝝ ambiguitate impediri. Hoc eñ nomine ⁊ ipse qui fuit sūmus orator / ⁊ eius picta imago / vel statua / et codex quo eius littere ꝯtinētur: et siquidem in sepulchro eius cadauer significari potest. Diuersis eñ ratiōib⁹ dicimus: Tullius ab interitu patriā liberauit: Et / tulli⁹ inauratus in capitolio stat: Et / tullius tibi totus legēdus ē: Et / tullius hoc loco sepultus est: Unum eñ nomen / sed diuersis hec oīa definitionib⁹ explicāda sunt. Hoc igitur genus equocoꝝ ē: i quo iā nulla de disciplina orit ambiguitas ṽboꝝ / sz de ipsis rebus q̄ significātur. **C** Aut si vtrūq̄ ꝯfundat audientē vel legentē / siue que ex arte / siue ex loquendi vsu dicūtur: nonne tertiū gen⁹

recte annumerabit? Cui⁹ exemplū quidē in
sententia apte apparet: vt si quis dicat: Mul
ti dactylico metro scripserūt/ vt est tullius:
Nā hic incertū/ vtrum tullius ꝓ exemplo
dactylici pedis/an dactylici poetę positus
sit: Quorū illud ex arte/ huius vsu loquen
di accipitur. Sed in simplicibus etiā v̾bis
contingit: licet tanꝙ hui⁹ v̾bi grāmaticus
audiētib⁹ discipulis enūciet: vt supra ostē
D dim⁹. Cū igitur hęc tria genera manifestis
rationib⁹ inter se differāt: rursum ꝑmū ge
nus i duo diuiditur: Quicquid enī ex arte
verboꝝ facit ambiguitatē: partim sub exē
plo esse potest: partim nō potest. Cum enī
definio quid significat nomē: possum hoc
ipsū exempli gratia supponere: qđ dico no
men vtiq̃ nomen est: Hac enī lege ꝑ casus
flectitur/dicendo: nomen/nominis/nomi
ni ⁊c. Itē cū definio quid significat dacty
lus: hocipsū potest ꝓ exemplo eē. Etenī cū
dicimus: dactylus/ vnā syllabā longā ⁊ du
as deinde breues enūciam⁹. At v̾o cū de
finitur aduerbiū quid significet/ nō potest
huius ipsum exemplo dicere: Etenī cū ad
uerbiū dicimus/hęc ipsa enūciatio nomen
est. Item fm aliā notionē/ aduerbium vti
q̃ aduerbiū est/et nomen nomen est: scđm
aliam v̾o aduerbiū non est aduerbiū/quia
nomen est. Itē pes creticus qñ quid signi
ficet definitur/ nō potest hoc exemplo esse:
Hęc enī ipsa enunciatio qñ dicimus: creti
cus/ꝑma longa syllaba/deinde duab⁹ bre
uibus constat. Quod aūt significat: longa
syllaba et breuis ⁊ lōga: Ita et hic fm aliā
notionē/cretic⁹ nihil est aliđ ꝙ cretic⁹/⁊ da
ctylus nō est: scđm aliā v̾o creticus non est
E creticus/quia dactylus ē. Secundū igitur
genus/quod iā disciplinis v̾boꝝ ad loquē
di vsum dictū est ꝑtinere/ duas habet for
mas: Nā ęquoca dicta sūt/aut ex eadē ori
gine veniētia/aut ex diuersa. Ex eadē origi
ne appello: qñ vno nōie ac nō sub vna defi
nitione teneantur/ vno tamen quasi fonte
demanant: vt est illud: quia tullius/et ho
mo/⁊ statua/⁊ codex/⁊ cadauer intelligi po
test: Nō possunt quidē ista vna definitione
concludi/sed tamē vnū habēt fontē: ipsum
scʒ verū hominē/cuius et illa statua/ et ille
liber/⁊ illud cadauer ē. Ex diuersa origine:
vt cum dicimus/nepos/lōge ex diuersa ori
gine filium filij ⁊ luxuriosuʒ significet. Hęc
ergo distincta: et inde illud genus quod ex
eadem origine appello/in quattuor itē diui
datur: Nam diuiditur in duo/quoꝝ vnum
translatione/ alterū declinatione cōtingit.
Translationē voco: cum vel similitudine
vnum nomen sit multis rebus: vt tullius/
et ille in quo magna eloquentia fuit/ ⁊ sta
tua eius dicit̃. Vel ex toto/cū pars cogno
minatur: vt cum cadauer illius tullius di
ci potest. Vel ex parte totū: vt cū tecta di
cimus totas domus. Aut a genere species:
Verba enī ꝑncipaliter dicunt romani qui
bus loquimur: Sed tamē verba ꝓprie no
minata sunt quę per modos ⁊ tp̄a declina
mus. Aut ab specie genus: Nā cū scholasti
ci non solū ꝓprie et primitus dicunt̃ hi qui
adhuc in schola sunt: omnes tamen qui in
litteris viuunt nomen hoc vsurpant. Aut
ab efficiente effectus: vt cicero/est liber ci
ceronis. Aut ab effectu efficiens/vt terror:
quia terrorē fecit. Aut a continēte/q̄ conti
nentur: vt domus etiā qui in domo sūt di
cunt̃. Aut a cōuersa vice: vt castanea arbor
dicit̃ ꝙ et fruct⁹: Vel si quod aliud inueniri
potest/quod ex eadē origine quasi transfe
rendo cognominet̃. Vides vt arbitror qđ F
faciat in verbis ambiguitatē. Quę aūt ad
eandem originē pertinētia conditione de
clinationis ambigua esse dicim⁹/ talia sūt:
Fac verbi causa quęq̃ dixisse/pluit. Et hęc
diuerse vtiq̃ definienda sunt. Item scribe
re/cum dicimus: incertum est vtrum infini
tiuo actiui/ an impatiuo passiui ꝓnuncia
tū sit. Homo cum vnum nomen sit/ et vna
enunciatio: tamē fit aliud ex nominatiuo/
aliđ ex vocatiuo. Quin docti⁹ ⁊ docte ver
bi enunciatio quoq̃ diuersa est. Doctius
aliud est cum dicimus/ doctius mancipiū:
aliud dicimus/doctius illo disputauit. De
clinatione igitur ambiguitas orta est: Nā
declinationem nunc appello: vel quicquid
siue ꝑ voces siue per significationes flectē
do verba contingit. Hic doctus et docte
tm̄ ꝑ voces flexum est: Hic homo et homo
fm solas significationes. Sed hm̄ōi genus
ambiguitatū minutatim concidere ac ꝓse
qui pene infinituʒ est. Itaq̃ locum ipsum
hactenus notasse suffecerit/ingenio pręser
tim tuo. Vide nūc ea quę ex diuersa origi G
ne veniunt: Nam ipsa diuidūtur adhuc in
duas primas formas: quarū vna est quę
contingit diuersitate linguarū: vt cum di
cimus/istuc: hęc vna vox aliud apud grę

cos/aliud apud nos significat. Quod genus non tñ omnino fuit: Non enĩ vnicuiq3 pręscriptũ ẽ qui linguas nosset/ aut qui linguas disputaret. Altera forma ẽ:q̃ vna quidẽ lingua facit ambiguitatem/ diuersa tamen eorum origine/ qua vno vocabulo significanť: Quale ẽ illud quod de nepote supra posuimus. Quod rursus in duo scinditur: Aut sub eodem genere partis orationis fuit: nomẽ ẽst nepos/ cũ filiũ filij/ et cũ luxuriosum significat: Aut sub diuersis: vt dictũ est a terentio: Qui scis ergo istuc/ nisi periculũ feceris? Sed etiã istud pnomẽ/ istuc aduerbiũ. Iã ex vtraq3/ id ẽ arte ꝛ vsu vboꝝ: qđ in ęquiuocis tertiũ gen⁹ posueramus: tot ambiguitatũ formę pñt existere/ quot in duobus superius posueram⁹. Restat ergo illud genus ambiguũ quod ĩ scriptis solis reperiť. Cuius quattuor sũt species: Aut enĩ spacio syllabarũ fit tale ambiguũ: aut acumine: aut in vtroq3. Spacio autẽ/ vt cũ scribiť: venit/ de tẽpore incertũ est/ ppter occultuz primę syllabę spacium. Acumine autem/ vt cũ scribitur: pone/ vtrũ ab eo qđ ẽ/ pono: an vt dictũ/ pone sequiť: Namq3 hãc dederat proserpina legem: incertũ est p placentẽ acuminis locũ. At vero ex vtroq3 fit/ vt in superioribus de lepore diximus: non solum producẽda/ sed acuenda est etiam penultima syllaba hui⁹ verbi/ ab eo quod est lepos/ nõ ab eo qui est lepus deflexum est.

Sancti augustini hipponensis epĩ/ principia dialecticę expliciunt.

Capitulorum in principia rhetorice / sancti augustini/ recollecta annotatio.

Diui aurelij augustini hipponẽsis episcopi/ principia rhetorice incipiunt.

Oratoris officium: Ca. I.

o Ratoris officiũ ẽ: pposita quęstione ciuili dũtaxat/ primũ ipsã itelligere/ generalis sit/ an specialis: simplex/ an ɔiuncta ex pluribus: absoluta/ an cõparatiua: Deinde cũ intellexerit/ inuenire in ea congruentes partitioni locos: et his morales seu naturales accõmodare sententias. Exinde iudicare de inuẽtis: repudiare quę parum cõmode occurrerint: Tum his quę iudicio examinarit/ dare ordinem certũ. Et enĩ q̃uis multa pertinentia inuenta sint: tamen nisi p qualitate ꝛ magnitudine sua certis ꝛ quasi legitimis sedibus collocenť: aut oberunt/ aut nõ magnopere perficiẽt: Subinde/ ordinationi rhetor explicationem rerum cõmodare debebit. Quę duabus partibus constat: structurę qualitate: ꝛ quãtitate verborum. Hęc omnia memoria suscipi: quem ꝛ pleriq3 gręcorũ/ et. M. tullius in primis oratori affirmant necessariam. Hoc vt opinor modo/ venio nunc ad thesaurũ reꝝ omniũ memoriã: quę nisi custos inuentis ordinatisq3 rebus adhibeatur: intelligimus omnia etiam si pręclarissima sint/ in oratore peritura. Memoriam pnunciatio sequetur: res vt demosthenis videtur/ inter oratoria officia vel prima vel sola. Quę consistit duobus/ motu corporis/ ꝛ sono vocis. Hęc tñ summatim tetigisse satis est: quę sunt oratoris officia.

Quis sit finis oratoris: Ca. II.

r Eliquum est videre quid sit finis. A
Finis est/ vt opinor in omnibus rebus/ ad quem cuncta referuntur: cuius causa fiunt reliqua omnia: a gręcis dicitur. Q3 etiam in philosophorum pene omnibus disputationibus quęritur/ quis sit finis bene viuẽdi: virtus/ an voluptas. Finem igitur proprium oratoris officij alius alium probauerunt. Quibusdam enim visum est/ summã oratoris officij in bene dicendo esse/ quibusdam in recte dicendo/ quibusdam in persuadendo consistere. Quinetiam illi qui bene aut vere dicere finem oratoris officij putauerũt:

non abnuunt tamen horum ipsorum finē
esse persuadere: vt sit finis bene dicēdi/ ꝑ
suadere. Ergo quasi consensu omnium fi
nis ē oratoris officij/persuadere. Hoc quia
in calumniā videbatur posse recedere: nō
enim semper persuadet orator: nec si ali
quando persuadere non possit/facultatem
et nomen oratoris amittit: Addidit her
magoras/ quo calumniam effugeret/finē
esse oratoris officij/ persuadere: quatenus
B conditio rerum personarumq́ patiꝰ. Alia
subinde ex eodem verbo persuadendi ca
lumnia nascitur: Inuenta sane a platone
tractata multum i gorgia/sed post ac mul
to impudentius a quibusdā technicis ob
trectantibus hermagorę frequētata. Ne
gant quippe proprium esse finem oratoris
officij persuadere: sed communē pene cum
vniuersis: Nam et mathematicos de his
quę in noticiam ipsorum ceciderunt/ per
suadere: et medicos de his quę i arte ipso
rum continēātur/ persuadere: opifices eti
am et tabernarios/ fabros: et si qui huius
modi sunt/posse de eo quod agant/ ciuius
probabiliter persuadere/ quasi rationē fa
ciant: ergo nō esse integrum finem/ qui so
lam communitatem habeat/careat propri
etate: esse actum persuadendi communem
cum multis: et idcirco non esse persuade
re proprium finem oratoris officij. Huic
quoq́ calumnię hermagoras percommo
de obsistit. Dicit enim esse oratoris offici
um/persuadere: quatenus rerum et perso
narum conditio patitur/dumtaxat in ciui
libus questionibus: Nam medicorū et phi
losophorū et cęterę huiusmodi quęstiones
extra regulam ciuilem quam
gręci vocant/collocantur.

De ciuilibus questionibꝰ: et dif
ferentia generalium et specialium:

A Unt autem ciuiles quę (Ca. III
S stiones/quarum perspectio in cō
munem animi conceptionem po
test cadere: quam gręci vocāt. Ue
rum vt facilius intelligas/ quę sit hęc ipsa
conditio quā demonstratā esse volumus:
omnia quęcunq́ huiusmodi sunt/vt ea ne
scire pudoris sit: et quę vel ignorātes qua
si sciamus/tamen cum simulatione pręno
bis ferimus: quotienscunq́ in dubitatio
nem vocantur/ efficiunt ciuilem quęstio
nem. Quod dico huiusmodi est. Si de pō
dere alicuius rei quęratur: si non videatis
scire quot librarum sit/nō est erubescendū:
si de longitudine/nō videris scire quot pe
dū sit/non est erubescendū: si de cęteris hu
iusmodi rebus quas persequi longū est: et
ideo quotiēscūq́ in dubitationē venerint:
licet faciant quęstionē/ tamen ciuilē facere
nō possunt. At vbi quęritur: sit ne aliquid
iustū an iniustū/honestum an inhonestū/
laudandū an reprehendendū/ pręmio affi
ciendū an supplicio/ vtile an inutile? Et si q̄
huiusmodi sunt: nemo nō etiam extra om
nē artem et scientiā collocatus erubescat/ si
hęc nescire videatur. Inde est q̄ omnes ꝑ
suasū habeant/ aut certe alijs ꝑsuadere nō
dubitant: posse se cōcipere animo discrimē
iusti et iniusti/honesti et inhonesti/ cęterorū
q̄ quę supra diximꝰ: Et idcirco q̄ dubitati
ones i huiusmodi rebus oriunꝰ/ciuiles vo
canꝰ quęstiones: quasi nō ꝓprię paucorū/
sed cōmunes vniuersorū. Quę cū ita sint/
meritoq́ cōmuni conceptione animi per
spici possint quęstiones/quę
deprehendi possunt/ciuiles vocantur:
et sunt in quibus versari et ꝑstare debebit
orator. Duo sūt primi et quasi generales ci
uiliū modi quęstionū: quorū alter thesis/al
ter hypothesis vocaꝰ a gręcis. Nos priori
nomē nisi gręcū dare nō possumus: nec po
steriori quidē q̄ qd videamur dedisse: de
dimus quippe: cōtrouersiā dicimus/ qd no
mē tam in την θεσιν q̄ in την υποθεσιν po
test cadere: in vtroq́ enī quęstio/ hoc ē cō
trouersia est. Porro της θεσις significa
tio: et declaraꝰ ex ipso cōposito nomine: et
est aliquid quod est υπο την θεσιν/ id est
sub illo genere quasi species. Thesis ē res
q̄ admittit rōnalē ꝯsiderationē sine defini
tiōe ꝑsonę. Hypothesis ē/ seu cōtrouersia:
vt improprio noīe vtamur: res quę admit
tat rationalē contētionē cū definitione ꝑ
sonę: Melius autē declarabunꝰ sub exem
plo. Thesis est quęstio huiusmodi/an naui
gandū/ an philosophādū: Hypothesis est
quęstio hmōi/ an decernendū duellū ꝯlio.
Nec desunt qui hinc etiam hermagorā cri
minentur: et apollodorus in primis/ qui ne
gat quicq̄ aliud esse hypothesin q̄ thesin:
et nullius momenti esse discrimen perso
narum: q̄q̄ vtrūq́ hoc genus quęstionis
hermagoras distinxisse videaꝰ: nō minus
enī infinitā et interminatā eē hypotheseos

Principia Rhetorice

q̃ theseos questionẽ: Nam cum queratur:
sit/nec ne animaduertendum in horestem:
nõ personã esse quę faciat questionem/ sed
factũ: et nihil interesse an ita queratur: sit/
nec ne animaduertendum in matricidam:
Quod si ita est/nihil inter hypothesin the/
B sinq̃ distaret. Ad hęc nostri pmo olim qua/
litatẽ personarũ questionibus differentiã
affirmare: ipsisq̃ etiã hypothesibus .i. ɔtro
uersijs sępe euenire: vt punita ⁊ impunita/
honorata ⁊ inhonorata/quędã relinquẽda
videantur: non tam ex rerum qualitate/q̃
qualitate personę. Deinde etiã illo distare
hęc duo genera questionum: q in thesi per/
spectio sit alicuius rei/ qualis sit i hypothe
si contẽtio: et quantũ interest inter perspe/
ctionẽ ⁊ contentionẽ/tantũ inter thesin et
hypothesin esse discriminis. Deinde in the
si queri/quid omnes oporteat facere: in hy
pothesi quid vnum aut alterũ aut paulo/
plures: certe definitũ hominum modum:
Et etiam illã differentia accidit: q in thesi
quasi ignorantes querimus/quid sit opti/
mũ factu: in hypothesi quasi sciẽtes defen/
dimus. Cum q omnis thesis de futuro ẽ/hy
pothesis raro: qñimmo nunq̃ nisi de pte/
rito/aut eo quod iam agatur facit questio/
nem: Nemo enĩ neq̃ reus fieri potest/ nisi
fecerit aut fecisse dicatur: neq̃ pręmiũ aut
aliquid huiusmodi petere/nisi iaʒ meritus
sit: aut meritũ esse cõtendat. Huic loco op/
ponunt tyrannidis ⁊ pditionis reos/⁊ ve/
neficij impetrati: ⁊ si qua in eundẽ modum
excogitari possũt. In quo studio criminan
di falluntur: Nam et in eo q proditionis
reus est: non de futura re queritur/id est de
ipsa pditione/sed de eo an susceperit consi
liũ proditionis/quod vtiq̃ p̃cessit: ⁊ de ty/
rannide ęque/an cogitarit tyrannidẽ: ⁊ de
parricidiorũ ppetrato ⁊ ð veneficio: Ergo
semp aut de pręterito aut de p̃senti in hy/
pothesi nascitur questio: in thesi contra nun
q̃ nisi de futuro: Quę si ita sunt/satis vtri/
usq̃ declarata est diuersitas.

Que sint circumstantie contro/uersiam facientes: Ca. IIII

A Nunc quoniãquidem de differen/
tia generaliũ ⁊ specialium questio/
num satis dictũ est: separataq̃ the
si ab hypothesi/ vt pinde distaret re ac no/
mine: consequẽs esse videtur dicere/ q̃d sit
quod hypothesin/id est ɔtrouersiã efficiat.

Est igitur circũstãtia rerũ quã περίστασιν
hermagoras vocat: sine qua vlla omnino
controuersia nõ potest esse. Quid sit autẽ
περίστασις facili° partitione q̃ definitiõe
eius dep̃hendi potest. Sunt igitur partes
circumstantię/ id est περίστασεως septem:
q̃s hermagoras μόρια περιστάσεως vo/
cat: theodorus στοιχεῖα πράγματα/ id est
elementa: q ex eoruʒ coniunctione questi/
ones fiant: perinde atq̃ ex coniunctione
litterarũ nomina et verba fieri videmus:
Sʒ siue στοιχεῖα siue μόρια recti° dicant :
nos omissa controuersia nominis/quę sint
ipsa dicamus. Sunt igitur hęc: quis/quid/
quando/vbi/cur/quẽadmodũ/quib° admi/
niculis: quas gręci vocant. Hoꝝ au/
tem omniũ aut rationalis plurimoꝝ con/
gregatio constat questionem/ aut legalis.
Sed nimirũ singulorum proprietas expri/
menda est. Quis significantiã habet per/
sonę: quę spectatur duobus modis/ ex no/
mine et qualitate. Ex nomine hoc modo:
Quis? Camillus. C. marius. L. Sylla. Ex
qualitate: quis? Diues/pauper/imperator.
Est autẽ definita in nominibus/ infinita i
qualitatibus personarũ perspectio: quan/
do in appellationẽ nihil pręter nomen ca/
dit: in qualitatẽ et fortuna ⁊ ętas et condi/
tio ⁊ disciplina/⁊ cętera quę sũt infinita nu
mero. Quid/significantiã habet rei quę fa/ B
cta ab aliq̃ vel dicta vł cogitata/fieri/ dici/
cogitari futurũ esse dictum/cogitatũ iri vi/
deatur/bona vel mala/honesta vel inhone
sta/ iusta vel iniusta/ vtilis vel contra/ ne/
cessaria vel parua/magna vel parũ vsitata
vel noua. Quando/tẽporis significationẽ
habet: velut/interdiu an noctu/sacro an ir/
religioso die: etiã ex accidentib° quę inter/
dũ dant tẽpori suã qualitatẽ: velut/in belli
an pacis tẽpore/ in seditione an in concor/
dia/in libertate an i dominatione: et si qua
in eundẽ modũ cadere possunt. Vbi/loci si/
gnificationem habet: veluti in ciuitate an
extra/in sacro loco an in pphano/ in mari
an in terra. Cur/significat causã faciẽdi vel
dicendi vel cogitãdi rẽ/vt mea fert opinio/
ad cõstituẽdã q̃stionẽ in primis necessariã.
Quemadmodũ/ significationẽ habet ex fa
cti/vel quod fiat/ futurũ vt sit demõstrati/
one: veluti clam/palam/per vim/per dolũ:
et si qua sunt similia in eundẽ modum ca/
dunt. ἀφορμή quas nos adminicula dici/

mus/demonstrationē habent earum rerũ/ per quas factum esse aliquid dicatur: vt ē laqueus/gladius/venenũ/litterę/internuncius/mādata/seruus/conscius/ alias vicarius. Horum articulorũ/vt supra dixi/aut omniũ/aut plurimorũ rationalis incursus faciēt ciuilē quęstionē.

Questiones rationales fiũt qttuor modis: Ca.V.

r Ationales quęstiones quas hermagoras λογίκασ vocat. Melius enim putat sic eas cognominari φ̃ verbales: Quia λογίκαι non ex verbi/ sed ex rationis significatione appellatę sunt a technicis: cum alioquin λογοσ/ interdum verbum significet/ interdum ratio legitur. Rationales siue λογίκαι quęstiones fiunt modis quattuor: Hoc enim i illis quęritur: an sit/quid sit/quale sit/ an induci in iudicium debeat. Ubi quęritur an sit/ genus id quęstionis hermagoras σΓαχασμον vocat: nos cōiecturam possumus dicere. Item theodorus id est de substantia. Nihil enim factum videri potest/quod nō habuerit substantiā: neq̧ futurum/quod nō habiturum sit substantiā. Quidā hoc genus quęstionis ex eo quod per id quęrit/ an sit vocauerunt. Altera rationalis est quęstio/ quam hermagoras finem vocat: theodorus περι Γο ἰΔἰοΓηΓοσ/id ē de proprietate. Quidam quid sit/ nonnulli de eodem et altero περι Γο αυΓο και εΓερο. Tertiā rationalē quęstionē vno noīe oēs qualitatē vocāt. De quarta magna cōtentio est: quā supra de inducēdo iudicio diximꝰ. Plęriq̧ eñ negant esse eam/quando id agant ne res possit venire in quęstionibus. Sed inter omnes hermagorę pręcellit auctoritas: qui et quęstionem putat/et in primis necessariā: et agitari in foro multum: et adhibendam etiam in cęteris statutis primo statim congressu/si causę conditio patiatur. Nihil eñ statuto tam interesse eorum quibus iudicium intenditur/φ̃ declinare iudiciũ. Porro ipsam declinationē iudicij habere nonnullam iudicij speciem: Nam si ita res ageretur/ vt quotiens nollet aliquis causam induci/ esset hoc in ipsius potestate: nulla erat quęstio: Nunc aũt cũ semp existant q̄ impediant: ipsa illa contentio/qua alter in iudicium vocat/ alter recusat iudiciũ/ facit quęstionem: quod controuersię genus hermagoras ασυσΓαΓοσ appellat: nostrorum pauci/reprehensionem: plęriq̧ transactionem vocauerunt/ vtriq̧ sane rationem secuti. Qui reprehensionem dixerunt/eo scilicet φ cum maxime inducatur in iudiciũ/ causa reprehenditur ꝛ quasi retrahit: Qui translationē/ φ reus non oīno excludat actionem/sed vt in pręsentē ꝯditionē actio excuset: in aliud genus iudicij trāsferat vel habitum/iam futuram.

De quattuor questionibus legalibus: Capi.VI.

f Unt itē alię quęstiones quattuor quas inuentores γομικασ/ nos legales appellamus. γομίκα sũt scriptum et voluntas: quod illi ρiΓογ καί Διάγοίαγ appellāt: ἀγΓίγομα/quā nos cōtentionē legũ cōtrariarũ vocamus: ambiguitas/quā illi αμφίβολἴαγ: collectio/quā illi συλλογηγ vocāt. Uerũ hęc paulopost diligētiꝰ tractabimꝰ: ita vt significātia cuiusq̧ euidentiꝰ exꝓmat/ ꝛ species generibꝰ addat. Interim mihi videt ē dicendũ/quibꝰ ois quęstio articulis/ ꝛ qualibꝰ nodis subinde astricta/ad perfectā speciem sui veniat.

Quibus questio articulis nascatur: Capi.VII.

e St aliquod dictum quod gręci nominant: id scinditur in duas partes: Et est eius alterũ et alterum intentionē verbo factam possumus dicere: id est verbũ quo crimine intenditur: veluti/pulsasti/ ꝓdidisti/occidisti. Qđ autem illi nos abnuentiā criminis eius: quod verbum accusator intenderit: veluti/non pulsaui/non prodidi/nō occidi. Et his duobus dicto et responso/ vel intento ꝛ negato/ media nascitur quęstio/ hoc modo: Intētio est/ occidisti: negatio/ non occidi: quęstio/an occiderit. Sed vt iā a coniecturali mō recedamus: Intentio ē iniuria occidisti: negatio/non iniuria occidi: quęstio/an iniuria occiderit/ vel in aliquo legali statu. Intentio est/ non licebat tibi hoc facere per legem. Negatio est/ licebat mihi facere per legem. Quęstio est/ licuerit ne hoc facere per legem: Hanc quidam vt nos vsq̧ adhuc diximus/ quęstio-

Principia Rhetorice

nem vocauerunt: quidam ſtatum nominauerunt: ab eo videlicet ꝙ in ea et exordium queſtionis et ſumma conſiſteret. Primo enim quaſi eminus/ cum hinc dicatur factum eſſe/ inde non eſſe factum: nulla pugna eſt/ ſed quaſi future pugne meditatio. Deinde cum propius acceſſum eſt/ et quaſi ad manus ventum: altercationi et contentioni mutue media queſtio interuenit: ſit nec ne factū/ in ea vtero conſiſtit/ omiſſo quod ante dicebat. Unde et queſtioni ſtatus nomen impoſitum eſt. Hoc idē theodorus κεφάλαιον appellat tranſlatione vſus/ videlicet a principali parte corporis/ quod in hoc etiam complexu duorum/ que vtrim dicta ſunt/ quaſi caput quodB dam totius controuerſie efficitur. Conſequens huic locus eſt/ aut perinde/ aut magis etiam neceſſarius/ quo demonſtratur quid cauſa/ quid continens/ quid de quo contenditur. Cauſam hermagoras αἴτιον: συνέχων cōtinens. De q̄ cōtendit αἴτιον: Eſt ꝫ cauſa q̄ niſi p̄ceſſerit/ controuerſia fieri non poteſt. Quod dico tale eſt: Abdicatur a patre filius: controuerſia idcirco non eſt: quia nulla cur abdicaretur a patre cauſa preceſſit. Denique addamus cauſam: et ſtatim controuerſia effecta eſt. Jurauit ſe non ducturum vxorem: et abdicatur. Q̄ꝛ iurauit/ αἴτιον factū eſt: id eſt cauſa cur abdicationē mereretur. συνέχων vel cōtinēs eſt: quod ad refutandū αἴτιον/ id eſt ad refellendam cauſam videtur afferri: vt eſt in hac materia: Militem qui iurauerat ſe deſerturum/ imperator occidit/ et reus fit cedis: Hic enim αἴτιον/ id eſt cauſa iudicij eſt/ ꝙ occidit: Neque enim fieret reus niſi occidiſſet. συνέχων id eſt continens eſt id propter quod occidiſſe dixit: iuſiurandum ſcilicet militis/ ꝙ ſe deſerturū iurauerat. Hoc interdū συνέχων hermagoras/ id eſt continens appellat: ab eo ꝙ omnis rei defenſio ab eo contineatur: interdū αἴτιον αἰτίυ vocat/ quaſi cauſam cauſe: Nam quemadmodū reatus cauſa eſt/ ꝙ militē occidit: ita occidendi cauſa/ ꝙ miles deſerturū ſe eſſe iuC rauit. Nunc quoniam ſcimus quid ſit cauſa/ quid continens: videamus etiā quid ſit de quo contenditur: id eſt quid ſit τὸ κρινόμενον: Eſt autem nihil aliud q̄ exploratio cōtinentis τοῦ συνέχοντος. Quod dico tale eſt: Etenī in eadem controuerſia perſeuerandū puto/ quo ſint lucidiora que tradimus. αἴτιον eſt/ ꝙ occidit militem imperator: συνέχων eſt quo reus nitit: id eſt ratio ꝑpter quam ſe occidiſſe dicit: eſt autem ꝙ miles iurauit ſe deſerturū. κρινόμενον eſt examinatio huius ipſius quod ad defenſionē reus attollit. In quo ita queritur: num alia cauſa imperatori fuerit/ cur occiderit militem? Et hoc preteritur: vt videatur non quia iurauerit occiſus/ ſed quaſi vel ſimultati/ vel inuidie cauſa. Poterit etiam hoc mō articulus iſte tractari: An etiam ſi iurauerit/ parum tamē hec iuſta cauſa fuerit cur debuerit occidi: et tota perfectio totius συνέχοντος quod ad αἴτιον affertur κρινόμενον vocatur. Euenit tamen nonnunquam/ vt in vna controuerſia non ſimul αἴτιον et συνέχων et κρινόμενον/ ſed ſepius ipſa omnia per vices reuoluta tractentur. Ut in hac controuerſia: Reus eſt vlyxes lege reipublice/ ꝙ procos occiderit: Hic enī αἴτιον eſt ꝙ occiderit: συνέχων/ ꝙ eos qui bona ſua depopulabantur/ et pudicitie vxoris inſidiabantur occidit/ κρινόμενον eſt: Nunquid tamen et ſi hec res preceſſerit: alia tamen cauſa quam pretexit/ occiderit? Uel nunquid ne peſſime quidem de ſe meritos indemnatos debuerit occidere? Deinde ad hoc κρινόμενον aliud συνέχων affert vlyxes/ quo dicat ſe iuſſu minerue interemiſſe. Deinde hoc ipſū συνέχων fit κρινόμενον q̄ querit/ vtrū nā ꝑpter iuſſum minerue occiderit: et in tali minerue quidem obtemperare debuerit/ ē αἴτιον ꝑprius accuſatoris loc⁹: συνέχων defenſoris: κρινόμενον vtriuſque cōmune.

Quot modis fiant controuerſie: Capi. VIII.

A ſ Ubinde dicendum puto/ quemadmodū/ et quot modis controuerſia ἀσύστατος fiat: Tametſi ne dici quidem controuerſias oportet que ſtatum non habēt/ ſed πλέγματα irrationabilia/ id eſt ἄλογος. Fiūt autem ἀσύστατα modis quattuor. Unum cum aliquid deeſt ex circumſtantia: Que autem vis ſit circumſtantie/ et ſupra diximus: id ē cum queſtionibus/ aut cauſa/ aut perſona/ aut locus/ aut aliquid eorū deeſt quibus effici circumſtantiā diximus. Hoc autē genus aſyſtati in ſcholaſticā materiā

nō potest cadere: iddrco/quia esse non po-
terit vllū thema deficiente circumstantia:
In veritate tamen nōnunq̄ euenit/ vt ali-
quid horū desit: et per imprudentiā acto-
ris profligata causa veniatur ad iudicē. Al
ter est modus asystati/ quem κατα ισοτητα
appellant. Nos tamen si nomen latinum
dare non possumus/ tamen vim intellige-
re debemus: Nā cū eadem vtrimq̄ dicun-
tur: et nulla re/ne parua quidē discernun-
tur: tū huiusmodi πλεγμα propter equa-
litatē vtriusq̄ partis statū implicat: Ut vi
cini adolescentuli qui speciosas vxores ha
bebant/noctu alter alterū obuium habue-
runt: accusant inuicē adulterij: Nam quic-
quid altera ps dixerit/ hoc altera dicat ne-
cesse est: Uerisimile est te adulteriū voluis-
se cōmittere/quia adolescens es. Te quo-
q̄ verisimile est voluisse/ quia adolescens
es. Uerisimile est/quia speciosaꝫ vxorē ha-
beo: Te quoq̄ verisimile ē: quia ꝛ ego spe-
ciosam vxorē habeo. Facultatē tibi vicini-
tas prębuit: et tibi eadē vicinitas prębuit
facultatē. Cur nocte in me: cur tu auteꝫ in
me incidisti? Nihil ē quod distinguat: ꝛ id-
circo vter eorum siue accusat alterū/se cri-
minatur: siue se purgat/defendit eū quem
B criminari videtur. Tertium est asystati ge-
nus: quod gręci κατα ετερο μερίαν appel-
lant: id est scdm alteram partem: cum reo
nulla defensio est: et aut color in facto non
inuenitur: aut parū ꝓbabilis color inueni-
tur. Uñ etiā democrates pręceptor meus so
litus erat dicere: Eas etiā controuersias i
quibus color diu quęritur/statutū non ha
bere verū ille constātius: Nos si afferatur
aliquid ad defensionē vel mediocriter pro-
babile admittimus: Sed si euidenter con-
fessa causa ē/ vt oportet ꝭm heteromerian
explodemus. Nonnunq̄ incidunt quęsti-
ones maximę in veritate/ quę summā accu
satori/nullā reo largiuntur facultatē: Ue-
rū eas non controuersias/sed cōmunes lo-
cos dici dicimus. Quippe est i his nō ꝓba-
tio criminis/ sed vt in expressū atq̄ euidēs
facinus expressio. Quart⁹ autē modus asy
stati vel caliginosissimus adeo vt nōnun-
q̄ doctis etiā hominibus soleat obrepere.
Habet enī nonnullam speciem probabilis
consistentisq̄ materię: Ea est huiusmodi i
qua iudex ferendę sententię rationē explo-
rare nō potest. Hoc gręci απορον vocant.

Sed subijciam⁹ exemplū. Petebat ab alio
vsuram quasi pecunię creditę: Ille accepis-
se se pecuniā confitebatur/ sed depositam:
ꝛ idcirco velle se restituere sortē sine vsura.
Petente interea iudicio/lex de nouis tabu
lis lata est. Repetit ille quasi depositā: ille
retinet quasi creditā: Non enī video quid
sit hic/qđ in sentētia ferenda iudex sibi pos
sit: cū petitor idē interdū credidisse/ inter-
dū deposuisse se dicat: et ille alter interdū
depositā accępisse/interdū creditam: ꝛ neu
ter sua priore/sed vterq̄ alter alterius ꝯte-
ria sententia vtatur.

De figuris cōtrouersiaꝝ: Ca. ix.

Pertinere etiam non nihil ad rē vi- A
detur/scire figuras controuersiaꝝ/
quibus inuicem differant: quo ma
gis in euidēti sit quemadmodū quāq̄ tra-
ctemus. Sunt igitur themata/ id est figu-
rę controuersiarū quattuor: ευδοξοσ/ qđ
nos opinionis bonę ex vtroq̄ bono pos-
sumus dicere. αμφιδοξοσ/ opinionis ex
vtroq̄ bono ac malo confuse possumus di
cere. παραδοξοσ/quod nos opinionis ma
lę possum⁹ dicere: Tametsi quidā parū di-
ligenter gręce loquētes/ paradoxon ꝓ his
quę sunt bonę opinionis accipiūt: Unde
vulgo etiā olympionicas/ ꝛ cęteros victo-
res sacrorū certaminū paradoxos vocant/
magis consuetudine q̄ ratione ducti: Nā
vt opinor παραδοξοσ est/ qđ est παρα την
δοξαν αδοξοσ: id ē cōtra opinionē bonā.
Deniq̄ licet alias vulgares significatiōes
probare malimus huius nominis/ tamen
hoc loco vt multa noua tam a rhetoricis et
mathematicis/ q̄ a philosophis cognomi-
nātur: accipere debemus non pro tam so-
lito vsu consuetudinis/ q̄ ꝓ conditione ꝓ-
cepti. Quarta est facies controuersię/ quę
gręce αδοξοσ dicitur: quaꝫ nos nō vt vul
go malę opinionis/ sed nullius opinionis
euidenter ꝓpositis: id est humilem ꝛ sordi-
dam. Sed hęc exemplis liquebunt. ευδο- B
ξοσ controuersia huiusmodi est/ in qua tā
persona q̄ res ē honesta: velut/ Scipio vi-
ctis penis petit in pręmium vt spectet lu-
dos laurea coronatus: Et persona hone-
sta est scipionis: et quod petitur non im-
probum. αμφιδοξοσ est/ in qua vel hone-
statem personę turpitudo rei maculat: ve-
lut si idē scipio petat pręmij nomine mor-
tem tyberij aselli: Nam petitoris persona

Principia Rhetorice

honesta est: quod autem petitur inbonestum. Vel contra: si abdicatus fortiter fecerit/ et petat pręmij nomine reditum in domum patris: persona quę petit inbonesta abdicati: res quam petit honesta/ vt in domum patris redeat. παραδοξον/ est controuersię genus/ vt supra definiebam: in quo vtraq; sunt inhonesta/ tam res q̃ persona: Velut/ impudicitię reus fortiter fecit: petit pręmij nomine accusatoris sui mortem: Nam et persona petentis inhonesta est: siquidem fuit reus impudicitię: tametsi aliquid turpitudini derogauerit/ qd̄ fortiter fecit: et res quam petit/ improba. αδοξον est controuersię genus sine opinione/ vtraq; humile et sordidum. Pauper vestimenta vēdebat: extitit alius pauper qui vendicaret ea/ et furto ablata sibi esse diceret. Ille vēditor ait se ab adultero deprehenso illa vestimenta detraxisse: inuicē accusant: ille adulterij/ hic furti. Hic enim et personę humiles pauperum/ et res quę videntur fecisse quęstionem abiectę/ vestimentorum vendicatio et agnitio: et q̃q̃ interuenerit crimen adulterij nō abiectū: tamē quia plura sunt ante περίστασιν humilia et sordida: totius controuersię speciem sibi vendicant.

Quid vtilitatis prę se ferat figurarum eiusmodi agnitio: Ca.x.

A Inoscere autem has controuersiarum figuras/ cum ad multa alia conuenit: tum vel in primis ad id vt modum pręfandi/ id est principia edendi congruentem qualitati materiam inuenire possimus: non enim eadem species debet esse principij in themate ευδοξω et αμφίδοξω et παραδοξω/ sed sua cuiq; forma tribuēda. Iam primū in αδοξω genere materię hermagoras negat esse pręfandum: Nam si beniuolentię inquit conciliādę gratia pręfari solemus in bonę opinionis themate: quale illud est scipionis: Benigni sunt hi/ apud quos locuturi sumus: nihil autem attinet parare quod paratum est. Sed mihi longe aliter videtur: et pace tanti viri dixerim: Neq; enim est semper spectanda auctoritas/ vtiq; cum ratione vincatur. Cēseo igitur nihil prohibere in αδοξω genere materię quo minus pręfemur. Nihil enim opinor mali est/ benignos iudices benigniores reddere pręfando: et cū ostensos aduersarijs videmus: offensionē illam dicendo augere conamur. Deniq; auledos et citharędos/ et cęteros huiusmodi artifices: q̃q̃ non polliceantur orationem/ videmus tamen pręloqui ante actionem. Et omnino curta et sine capite oratio est/ quę sine principio ab ipsis rebus orditur. Vtemur etiā principijs in bonę opinionis cōtrouersijs/ sed breuioribus et erectioribus paulo/ et confidentibus et plenis dignitatibus: sine iactantia dumtaxat/ ne res pariat inuidiā: Vt est illud apud. M. tullium contra contionem metelli/ in qua exultare videt: Sic enim vt opinor insequar fugientem: quoniam congredi non licet cū resistente. Quod nunq̃ profecto tam magnifice dicere in exordio statim orsus fuisset: nisi et ipsius actoris esset honesta persona/ et res de qua locuturus erat nō improba. Itemq; alio loco/ cum de coniuratorū animaduersione loqueret. Video. P. C. in me omniū vestrū ora atq; oculos esse conuersos: Et deinceps: Quę oīa huiusmodi sunt/ vt actor ex splendore suo et rebus his de quibus locuturus ē/ quasi honestissimis videtur merito cōfidere. Pleraq; huiusmodi exordia apud Q. gracchū/ quanto nobilioris fuit spiritus: quę dicentē profecto merucium/ aut aliquem ex canensi caterua nemo ferret. In αμφιδοξω genere B materię/ moderatione quadā vtendū erit cum principiamus: vt et turpitudinē quę subest/ et dignitatem quę est in re aut persona/ vel illustrando augeamus: vel ita varie vtrūq; misceamus/ vt alterius partis turpitudinem alterius honestas tegat. Neq; tamen cum tanta iactatione/ quanta in illo superiori genere materię: sed quasi cum quadam confidenti verecūdia. Si in re turpitudo erit: quantū fieri poterit/ auocabimus iudicem ad personę dignitatem. Si in persona/ ad rei dignitatem quasi de periculoso in tutiorē locum refugiemus. Sed summatim leuiterq; cedentes/ vt despicere potius suspitionem metus q̃ timere videamur. Laborabimus autem in eo/ vt confusa vtraq; dignitatem rei et personę/ plus fiducię in honestate q̃ metus in turpitudine habere videamur. Sed vt limpidius hoc genus principiandi deprehendatur: dabo exemplū quod habuit. M. tullius/ cū pro. M. scauro loqueretur. Erat enim C

controuersia ἀμφίδοξον: quippe qui niteretur dignitate persone. M. scauri/ premeretur turpitudine criminis de pecunijs repetūdis. Utrūqꝫ in principio statim ita confudit orator: vt et turpitudinem criminis dignitate persone contegeret: neqꝫ tamen largiter nimiū/ neqꝫ exultāter: sed ita vt exprōmat nonnullam etiā metus suspicationem. Maxime fuit optandum. M. scauro iudices/ vt nullo suspecto cuiusqꝫ
D odio/sine offensione ac molestia zč. In παράδοξον id est in male opinionis themate/ vbi et persona et dignitas pariter laborabit/longioribus principijs vtendū erit: et purgandis suspitionibus opera tribuēda/ z demisse loquendum: sequendū cū sententijs/tum verbis/ etiam ꝓpius blāditia insitis: z querimonia quasi falsi illati criminis/z false infamie imposite aduersuꝫ nos per inuidiam/etiam submissiore toto tēpore conformato ad verecundiam/ submisso vultu/oculis terram intuentibus: neqꝫ illā acriter/ sed si possumus etiā rumore simulato. In ἀδόξῳ id est in humili genere materie/ proxima sermoni debent esse principia. Neqꝫ sententijs alte petitis/neqꝫ verbis vltra modū ornatis: neqꝫ structura grauiore/sed quasi resoluta z simplici. His autem omniū sententiarū quā his principijs adhibemus/ea esse debebit: vt rem a priuatate reuocet ad cōmunitatem: z dicat omniū interesse illam rem vindicari. Propter eaqꝫ quanto queqꝫ minora sunt/ tanto crebrius z magis inter multos cadere possint: Nec taꝫ oportere spectari magnitudinem rerū z personarum: qꝫ rationem equi z iniqui/veri z falsi: Eandem eni esse boꝝ i minimis vim/quam in maximis. Talia principia sunt pleraqꝫ apud demosthenē in his libris qui inscribunt idiotici: z magis apud lysiam/et apud quosdam ex nostris veteribus. Certe. M. tullius/cum ꝓ archia diceret/ non aliter exorsus est.

Sancti augustini hipponensis episcopi principia rhetorice expliciunt.

Turres sic quadris transcendunt nubila pactis:
Vt capitum chartæ grande uolumen agunt.

a
Prima vacat
Contra duas
victor donatus
Epistola sancti
nō immerito

b
Capituloꝝ libri
ta nitidaqꝫ
rentia noue
sis tamen lumi.

c
infestum est
stilum causa
dilatius
rationes nullo
cogitarem/risum

d
Secunde diei
decet: ne si
aliena est: a
Eiusdem diui

e
plinarum liberaliū
tose fame repcussi
non parue rei/
minusqꝫ ineptus
quia necessaria

f
deteriorem inuenit
coit? Unde
ignorat: Si autem
aliena putamus

g
illa que cupio
qn placet sese
Eiusdem diui
corporeū videri
fatendum est?

h
Diui aureliū
aut non viuit
rationi coniungit
Rursus igitur

i
Stō horum et
cordibus. Actō
pisi: ab hoc
ces: impleo/

k
in eadem labatur
λεξίσαι. Quis
nostri sensus
potest ab altero

l
dixit φυσικην
Meminisse autem
visio: in videndo
.7. De vi verbi

m
replicantur.
cogaliud apud
qꝫ theseos
nem vocauerunt:
Finis